

DISPUTATIO QUINTA DE POENITENTIAE SACRAMENTO ET VIRTUTE.

QUESTIO PRIMA.

An Penitentia sit specialis virtus à ceteris distincta, & quae sit propriatio eius.

Poenitentia secundum nominis etymologiam derivatur à poena, & tenere, & dicitur poenitentia, quia poena tenentia, ut ait Augustinus lib. de vera, & falsa poenitentia cap. 11. sicut & verbum poenitere significat animi dolorem, sive retractionem, & detestationem facti praeteriti, unde Ecclesia semper hoc nomine usa est, quatenus non solum significat mutationem, & emendationem antea factae vitae, sed praesens animi dolorem, & afflictionem, & quandam voluntariam punitionem, quam pro commissis culpis sibi peccator infligit, unde poenitentia hic accipitur pro humiliori peccati remedio, quo peccator à Deo remissionem obtineat. Verum quia non solum per sacramentum in lege Evangelica à Christo Domino Institutum, quod inter septem Ecclesiae sacramenta numeratur, remissionem consequimur peccatorum; sed & à Mundi initio in omni lege fuit hoc remedium à Deo hominibus concessum, quo & ipsi primi parentes, ac deinceps omnes alii peccatores suorum delictorum veniam consequi poterunt; Ideo poenitentia in praesenti disputatione non sumitur pro solo nostro sacramento, sed in latiori etiam significatione, qua virtus poenitentiae appellatur: ut enim dantur ab virtutes de aliis bonis actibus, ita nominatur hac virtus, cuius munus est poenitere de peccatis commissis. Et quidem de hac poenitentiae virtute plura tractata videntur lib. 2. sentent. disp. 2. de Iustificatione, quae hic etiam disputari solent, ac praesentem disputationem cetera tractantes, quae ad hanc disputationem spectant.

Quod ergo hic primò quaerimus est, an poenitentia habeat specialem obiectum, ratione cuius constituitur virtus specialis à ceteris omnibus distincta; Unde duo supponit haec quaestio, tanquam communiter concessa, & apud omnes certissima. Primum est, poenitentiam esse virtutem, quia praecipua divina sunt de actibus virtutum, extat autem praecipuum de poenitentia agenda Marth. 4. *Ascite poenitentiam, ergo dicitur non licet poenitentiam esse contra rationem, & consequenter esse virtutem, si habitualiter sumatur, vel esse actum virtutis, si sumatur pro actu ex tali habitu. producto. Probatur etiam ratione deducta ex Scot. d. 14. q. 2. 2. A quia habitus poenitentiae, sive infusa, sive acquisita respectu omnium suorum actuum consideratus est electivus secundum rectam rationem, est per se principium actus laudabilis, est dispositio perfecti ad optimum, est qualitas, quae bene vivitur, & nemo male utitur, ergo est virtus, & eius actus sunt virtutes; Consequenter patet ex definitione virtutis, assumptum verò pro obiecta, quia inclinatur ad detestandum, & vindicandum peccatum, ad acceptandum, & ferendam poenam pro peccato voluntarie ex dicta mine rationis recto, & omnes huiusmodi actus sunt laudabiles, per eam homo bene & sanctè vivit, & disponitur ad amicitiam Dei, quae est quid optimum; Et quia omnis voluntas videtur involuntaria, quia est contra inclinationem virtutis, considerate secundum affectionem commodi, est tamen voluntaria, si voluntas consideratur secundum affectionem iustitiae, contra voluntas tamen ex sua libertate potest aliquam sibi inferre poenam, vel etiam potest inferri iustis, ut docet Doctor d. 14. q. 2. 2. 2.*

Diess, virtus quae libet habet pro obiecto bonum; sed poenitentia respicit malum, quia obiectum poenitentiae sive habitualis, sive actualis est peccatum, quod nullam habet rationem boni, ergo &c.

Resp. virtutem poenitentiae primario tendere ad prosecutionem boni, & secundario tantum ad fugam, & detestationem mali, quia omnis aversio mali fundatur in amore alicuius boni, quod appetitum movet ad detestandum malum tali bono oppositum ex Scot. 2. d. 6. q. 2. unde sicut natura non tendit ad destructionem unius, nisi propter generationem, vel conservationem alterius, quod principaliter movet, ita voluntas non tendit ad detestandum malum, nisi propter bonum, quod principaliter movet, quae responsio adhuc magis patet in assignando obiecto formalis poenitentiae: Deinde poenitentia non respicit malum ut unquam, sed praesens ut detestabile, & punibile; malum autem licet secundum se consideratum sit recte rationi diffinibile, tamen ut fugiendum est conformiter recte rationi, quae dicit esse fugiendum, unde sub hac ratione potest specificare virtutem in ratione boni, & hoc modo poenitentia, quatenus dicitur, malum esse puniendum, & detestandum, habet rationem virtutis, quia habet pro obiecto malum, non absolutè, sed quatenus puniendum, quod est quid conforme recte rationi, ita Bassolus d. 14. q. 1. ar. 3.

Alterum, quod in hac quaestione supponitur, est, Poenitentiam non esse virtutem Theologicam, sed moralem, quia virtus Theologica habet Deum pro obiecto, non verò aliquid creatum, ut constat ex dictis lib. 1. sent. disp. 6. de Virtutibus Theologicis; poenitentia autem non habet Deum pro obiecto nec formaliter materiali, sed aliquid creatum ordinabile ad aliud; obiectum enim eius materia le est peccatum commissum, vel omissionis praeteriti, formale verò, vel compensatio iniuriae Deo factae per peccatum praeteritum, vel vindicta, & punibilitas mali per penam, vel reconciliatio, & pax habenda cum Deo, vel malitia ipsa, ut destruibilis iuxta opinionem diversitatis, aut quid aliud simile, quae omnia sunt quae creatura ergo Poenitentia non est virtus Theologica, sed moralis; Tum quia poenitentia reducitur ad iustitiam, quae est virtus moralis, ut infra costabit; & hoc totum docet Scotus 4. d. 14. q. 2. lit. G. ubi docet, poenitentiam ad virtutes morales esse reducendam, eo quod obiectum ipsius sit aliquid creatum ordinabile ad aliud.

Dices, poenitentia inclinatur ad odium peccati, quatenus est negativum Dei, ergo respicit Deum, & sic est theologia virtus. Negatur consequentia, quia etiam Religio cultum Dei respicit, tanquam obiectum, & tamen non ponitur theologia virtus, quia verus cultus Dei aliquid creatum, tanquam circa obiectum, nempe divinum cultum, Deum verò respicit, tanquam finem extrinsecum, cui cultus ille debetur: hoc autem ratio finis non specificat intrinsecè virtutem Religionis; ita patet in proposito poenitentia non est virtus theologia, quia licet habeat Deum pro fine extrinsecò, cui debetur satisfactio, & compensatio, non tamen habet pro obiecto, quia verus cultus circa satisfactionem ipsam, tanquam circa obiectum; ita etiam Bassolus 4. d. 14. q. 1. ar. 3. His itaque suppositis, ut communiter concessis.

4 In hac controversia tres sunt sententiae, duae extreme, & una veluti media; Prima extrema affirmat, poenitentiam non esse specialem virtutem, sed generalem, non quidem in eo sensu, quasi sit aliquid quod praedicatur commune ad omnem virtutem, sed quia actus poenitentiae generatim omnibus virtutibus convenire potest: sicut enim unaquaeque virtus propria bonum prosecutionitur, ita etiam oppositum peccatum odio habet, unde secundum hanc sententiam sunt diversi actus poenitentiae, sicut sunt diversae virtutes, ad quas illi actus pertinent, nam Temperantia detestatur peccatum intemperantiae, iustitia peccatum iniuriae, & sic de aliis ceterum diversis respectibus, ita Aristodorenus, Ioannes Maior, Rubion, & alii antiquiores. Secunda sententia extrema affirmat, poenitentiam esse specialem virtutem ab aliis condistinctam, ita Thomae passim Caiet. Nugnis, Medina, Valentia, Vafq. Suarez, Coninch. Amicus, & alii Recentiores, quibus ex nostris subscribitur Poncius. Tertia tandem sententia media plures actus virtutis poenitentiae distinguit, & asserit, poenitentiam quoad actum, volendi vindicare peccata, & patienter sustinendi poenam esse virtutem specialem iustitiae punitivae, & Patientiae: quoad actus verò detestandi peccata, & gratanter acceptandi poenam pro peccato commissio esse virtutem generalem, in sensu iam declarato prime sententiae; ita Scot. 4. d. 14. ar. 1. ubi quatuor actus in virtute poenitentiae distinguit, velle vindicare in seipso peccatum, detestari peccatum, gratanter acceptare poenam pro peccato, & patienter sustinere poenam peccato debitam; Primum actum ait, esse iustitiae vindicativae, quae peccatorum Ministri Dei vindicant in seipso peccata contra legem Dei commissis; ultimum Patientiae; reliquos tandem duos cuiuslibet virtutis, nam quaelibet virtus sub eodem motivo tendit in bonum, & detestatur malum oppositum, & gratanter acceptat poenam, ut retribuativam culpae, bonique omnium retribuativam; & ita etiam dist. ut ibidem Tharatus, Faber, Arellinus Almagus, Hiquerus, & alii Scoticis passim.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio.

Pro resolutione quoque, notandum est ex Scot. 4. d. 14. q. 1. ar. 3. 5. De secundo conclusionem, quod penitentia, ut dicebamus, est quasi poenam tenere secundum nominis etymologiam, & hoc potest esse quadrupliciter; Primum per actum voluntatis imperativum, quae sibi, & aliis imperat secundum Aug. imperando nimirum intellectu, ut consideret, peccatum esse offensivum summae Maiestatis, & bonitatis divinae, quae est super omnia diligenda, & imperando sibi ipsi nolitionem, sed detestationem peccati commissi propter causandam tristitiam, licet quandoque ista tristitia non sequatur; & hoc modo poenitere est vindicare, vel punire peccatum, à se commissum, quia applicare sibi ipsi poenam est tenere eam, & istud potest intelligi, sive applicet, vel indiget poena in effectu, vel affectu.

affectu, quia vindicans non minus vindicat, etiam quandoque poena non sequatur, propter defectum alicuius causae secundae, dum tamen ipse aequè, & iuste intendat poenam infligere; Secundo modo poenitere contingit detestando, vel odiendo, aut nolendo peccatum à se commissum, & hoc in particulari sub propria ratione, vel in generali simul de quocunque peccato à se commissio, & etiam loquendo de displicentia formaliter virtuali, quae nimirum illam includit, sicut causa effectum, licet etiam effectus non sequatur, ut est actus dilectionis divinae, ad quem nata est sequi talis displicentia. Tertio modo poenitere contingit penam infligendo, scilicet tristitia gratanter acceptando, & talis displicentia tristitia est actus voluntatis habentis tristitiam pro obiecto volito, ad quod sequitur passio gaudii, gaudendo, scilicet de ipsa tristitia, sicut dicit Aug. Peccator de peccato dolet, & de dolore gaudet. Quarto tandem modo poenitere contingit poenam sibi pro peccato infligendam patienter sustinendo, & si poenam tenere est poenam non abicere remittendo, unde sustinere est sub actione infligentis se illi conformando tenere, & hoc est minus, quam tertium, ut patet; potest autem poenam poenitere pro tristitia, quae est in parte intellectiva, & quae primò, & proprie est poena, & secundum Aug. 14. de Trin. est dissensio animae ab his, quae nobis nolentibus accidunt, vel pro aliquo inconveniunt in parte sensitiva; causatur itaque passio tristitia à duobus primis actibus poenitendi, & supponitur à duobus ultimis. Ex quo sequitur, quod tristitia, vel dolorem non esse poenitentiam proprie sumptam, quatenus est virtus, vel virtutis actus, ut plures inconsiderate loquuntur; quia poenitentia in actione positivissima consistit, tristitia autem est passio quaedam; tunc quia poenitentia est tentio activa poenam, tristitia autem non est tentio activa poenam, imò est ipsa poena tena, ut notavit Bassolus loc. cit. d. 14. q. 1. ar. 1. tum tandem quia tristitia est obiectum poenitendi, vel effectus causatus ab illa, non autem ipsa poenitentia.

6 Nonnulli Recentiores cum Scot. disp. 3. sect. 4. & Soto 4. d. 14. q. 2. ar. 2. aiunt, hanc poenitentiae distinctionem, & divisionem à nostro Doct. assignatam nulla ratione, aut methodo datam esse, quia fructus distinguuntur duo actus priores assignati, scilicet, velle poenitere peccatum, & detestari peccatum, siquidem non est intelligibile, quod aliquis habeat prius actum poenitendi peccatum, quam peccatum illi displiceat, ac illud detestetur, sed statim, ac detestatur, vult etiam vindicare, & punire peccatum; frustra etiam inquit, distingui duo posteriores actus, nam patienter ferre poenam est eam velle facere, & postquam facta est, in ipsa delectari, quod est libenter eam acceptare.

Sed sufficientia, & diversitas dictorum modorum optime deducitur ex dictis Doct. d. 14. q. 1. sub T. & q. 2. sub B. ubi inquit; omne poenitionem voluntaria contineri sub aliquo illorum quatuor modorum poenitentiae; quia nequit poenitio esse voluntaria nisi vel quatenus volita per modum obiecti, vel per modum effectus, si priori modo est volita, vel hoc sustinendo patienter poenam per conformitatem voluntatis ad agens, quod poenam infligit, vel ulterius ipsam poenam gratanter acceptando, & sic habentur duo ultimi modi poenitentiae per voluntatem subsequenter, & conformiter se agenti superiori, & extrinsecò; Si autem per modum effectus est volita poenitio, vel hoc est, ut respicit causam remota vel proximam poenam, & tristitia ex parte voluntatis, quia aliud non requiritur, ad puniendum voluntaria, & sic habentur duo modi poenitendi priores, & voluntas antecedens, nam poena, & tristitia immediate, & proximè causatur à consideratione, & nolitione peccati imperati à voluntate; mediatè autè, & remotè causatur à volitione illa, quae sperat voluntas ipsam nolitionem, & considerationem peccati, adeo ut causa remota illius tristitiae sit volitio imperativae; causa autè totalis immediata, & proxima sine consideratione, & nolitione sperata, ista nequit aliquid aliud movere poenitendi, nisi in praed. non includatur.

Conf. quia ut inquit Doct. duobus modis potest aliquis habere poenam de peccato commissio, uno modo casualiter, alio modo obiectivè; velle habet poenam, vel tristitiam de peccato commissio casualiter, quia elicet aliquem actum, ad quem sequitur tristitia remotè, vel proximè, quod est habet volitionem imperantem, & applicatè causae proxima partialis, & detestatur poenitens casualiter peccati, dicitur poenitens casualiter proximè, & sic habentur duo priores modi poenitentiae. Ille autem dicitur habere poenam obiectivè, quia elicet aliquem actum terminatum ad tristitiam praerexistentem, quod sit tendit in illam, solum patienter ferendo poenam infligendam, ut contingit de temporalibus flagellis à Deo infligendis, habet poenitentia quarto modo sumpta; & tamen in eam tendat, non tantum poenam patienter sustinendo, sed etiam gratanter acceptando cum gaudio, & letitia, sic habetur poenitentia tertio modo sumpta. Unde còsulto Scotus has duas posteriores poenitentias vocat obiectivas, quia sunt intentiones poenae obiectivae, & non casualiter, è contrà verò priores duas poenitentias poenitentias casualiter appellat, quia verè causant tristitiam poenam. Et planè nequit assignari alter poenitendi modus, qui in praedictis non includatur.

7 Ex quibus patet, absque fundamento dixisse Recentiores citatos, hanc poenitentiae divisionem à Scot. tradidit sine ulla ratione, &

& methodo assignatam esse; & patet, quomodo duo priores actus, scilicet, vindicandi, & detestandi peccatum inter se distinguuntur differunt enim per suas rationes formales, & conditiones, quae explicavimus, & quia prior est magis voluntarius, quàm posterior, actus enim imperans à toto genere est magis voluntarius imperato, & tandem differunt, quia unus potest ab alio separari, potest enim contingere, ut alicui peccatum displiceat, & propter hoc doleat, & tristetur de illo, ab quo eo quod praecedat actus imperans talem displicentiam, & detestationem; Neque enim frustra distinguuntur duo posteriores actus poenitendi, quia vis enim in poena voluntate assumpta, aut à Sacerdote imposta potest salvari id, quod dicitur in argumèto; tamen in illis poenis, quae Deus infligit independenter à voluntate; & acceptatione peccatorum, invenitur quartus ille actus, qui est potius sustinentie voluntariae, quam acceptationis cum gaudio, & letitia, quae docet. ex Tr. manifestè de luc. sec. 14. c. 9. cum inquit. Decet, denique, tantam esse divinam munificentiam largitatem, ut non solum poenis spontè à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam temporalibus flagellis à Deo infligendis, & à nobis patienter toleratis satisfacere valeamus. Haec Concl. ubi prioribus verbis describit, & significat poenitentiam tertio modo sumptam; posterioribus verò quarto modo sumptam pro pura, & simpliciter tolerata absque, renuntia, sed non cū gratia acceptatione coniuncta.

Dices, saltem duos priores actus poenitentiae non distinguuntur, sed saltem peccatum includit saltem virtualiter voluntatem vindicandi, nam qui detestatur, vult ab esse peccatum efficaciter.

Contra, quia quaeritur hic de voluntate formalis, & expressae vindicandian coincidat semper, & sit indispensabiliter cònexa cum detestatione peccati; id, nos constanter negamus, & dicimus posse eam contingere detestationem sine voluntate vindicandian expressa, quia perfecta detestatio peccati potest provenire ex motivo charitatis, spei, timoris, gratitudinis, aut religionis, in quibus non includitur motivum formale, & expressum poenitentiae, quod est iustitia, aut ponendi aequalitatem, & compensacionem, ergo huiusmodi actus non coincidunt; Et quando simul concurrunt sunt omnino distincti, quia velle vindicare peccatum ad ponendam aequalitatem inter Deum offensum, & peccatorem est actus prosecutionis, nam imperare poenam applicatis causis, eamque desiderare non est fuga eius, sed volitio; detestatio vero peccati, sed odium propter offensam Dei est actus fuga, ergo non sunt unus, & idem actus; tunc quia voluntas finis, & mediū sunt diversa, sed vindicare peccatum est voluntas finis, nempe satisfaciendi iniuriae per poenam, detestari vero peccatum est mediū ad hunc finem consequendum; ergo non sunt unus, & idem actus.

8 Hac itaque supposita doctrina, & sufficienti divisione actuum poenitentiae resolvit Doctor quæst. d. 14. q. 2. ar. 1. dicens, quod poenitere secundo modo, scil. detestari peccatum non est adus alicuius specialis virtutis, sed est actus cuiusque virtuti appetitive communis, quod probat, quia quocunque virtus inclinatur ad complacendum in bono honesto, inclinatur ad detestandum, & odio habendum, sive ad displicentiam de malo inhonesto opposito ut v. g. castitas, sicut inclinatur ad actum castitatis, ita inclinatur ad detestandum actum inhonestum contrariū castitati, & humilitas inclinatur ad detestandum actum superbius, quia opponitur actui humilitatis, & sic de ceteris. Eodem etiam modo dicitur de poenitere tertio modo, quod est gratanter acceptare poenam pro peccato infligendam, quia quocunque virtus potest esse principium acceptandi, & volendi aliquid obiectum, potest etiam inclinare, & esse principium ad acceptandum aliquid in ordine ad illud obiectum; per diversas autem virtutes potest acceptari aliud, & aliud obiectum, in ordine ad quod possit poena infligi pro peccato acceptandi, nam si ex charitate amatur Deus, potest acceptari poena, in quantum reductiva est ad Dei amicitiam. Si autè ex virtute spei desideratur Deus, ut bonum mihi ex virtute spei acceptatur poenam ordinativam ad còsecutionem, & possessionem huius obiecti; Si ex virtute timoris caveatur amissio vitae aeternae, ex ipsa quoque potest acceptari poena, ut illam amissionem excludens, si ex amicitia honesta ad seipsū diligit quis fibi mundiciam, & innocenciam; ex illa etiam potest acceptare poenam, quae solvit reatum, qui insuscepta dicitur Doct. loc. c. in fine primi articuli, ex quo patet, actum quoque illum poenitendi tertio modo non esse unius specialis virtutis, sed plurium.

9 Hanc doctrinam ex Recentioribus praeripere acceptat, & approbat Averfa q. 2. de poenitentia, virtute sec. 2. caque declarat dicens, sumi posse poenitentiae generatim, prout spectat ad omnes, & singulas virtutes in propria materia, quia profus eisdem virtutis est velle aliquid bonum honestum, & nolle malū illi oppositum; ergo ad eandem virtutem, v. g. temperantiam spectat velle temperatè agere in futurum, gaudere de teparatè factis in praeterito, ac dolore, & poenitere de intemperatè factis, si nimirum voluntas ad id totum moveatur ex honestate peculiari, & propria temperantiae. Sumi etiam potest poenitentia (inquit Averfa ibidem) circa universitatem peccatorum, prout includit in charitate Dei, vel virtute Spei, vel alia ex virtutibus; peccatum enim potest considerari, quasi malum Dei, prout Deo displicet; sed ad eandem virtutem, quae gaudet.

gaudet de aliquo bono, spectat dolere de malo opposito; ergo ad charitatem Dei, quae gaudet de bono Dei, & desiderat placere Deo, spectat quocumque dolere, seu penitere de peccato apprehenso, ut malo Dei. Similiter potest considerari peccatum ut mali quoddam spirituale ipsius peccantis, quatenus seipsum pro mortale peccatum amittit homo gloriam aeternam, & damnationem aeternam incurrituribi pariter ad eandem spem virtutem ad quam pertinet sibi velle boni spiritualis, & gloriam aeternam, spectabit quoque dolere, seu penitere de peccato, quatenus sub hoc motivo consideratur; Rursus consideratur peccatum ut hoc contra legem, & obedientiam generalem, quae omnia praecepta complectitur, sicque dolere, & penitere de peccatis sub hoc motivo, ad virtutem obedientiae pertinet. Et quatenus peccatum consideratur, ut est contra gratitudinem debitam Deo summo benefactori, eius detestatio spectabit ad virtutem gratitudinis; ita dicitur Averſa ibidem, quae est ipsissima Scoti doctrina loc. cit.

19. Deinde inquit Doctor, quod penitere primo modo sumptu est actus cuiusdam virtutis specialis sub iustitia contentae, est enim actus iustitiae punitive, quae est penitentia proprie dicta, & pariter inquit penitentia quarto modo, qui est patienter ferre, esse actum virtutis particularis, scilicet patientiae. Ut autem ostendat penitentiam proprie sumptam esse specialem virtutem, & non universalem, id est, includam in omnibus quae odium habent malum propriae honestati, seu bonitati oppositum, utitur duplici argumento ex duobus modis deducit, scilicet a specialitate obiecti, & a specialitate circumstantiarum, quod in unum ita reduci potest, illam esse specialem virtutem, & a ceteris distinctam, quae peculiare obiectum formale habet, & peculiarem laudem, ac difficultatem in obiecto suo attingendo, sed penitentia primo modo sumpta, quae est proprie penitentia, est huiusmodi, ergo &c. Minor, quod attinet ad obiectum, probatur nam penitentia huiusmodi respicit per se, & formaliter rationem peculiarem obiecti, quam nulla alia virtus attingit, respicit enim peccatum, quatenus vindicabile, & per penam expiabile, ut ait Doct. l. r. c. respicit enim peccatum praeteritum, quatenus, ut est offensiva Dei, potest aboleri, & destrui detestando illud, ut Deus, qui antea propter peccatum fuit homini iratus, fiat eidem propitius, & placatus; Et autem formale hoc motivum peculiare penitentiae obiectum, nequaquam ulla alia virtus respicit per se, & formaliter nisi penitentia, ut ex professo ostendimus g. seq. & sine dubio est per se honestum, & expiabile, ut peccatum per penam deleatur, ut Deus antea iratus fiat nobis propitius, & placatus, ac proinde ex hoc obiecto habet actus penitentiae peculiarem laudem, & honestatem. An autem penitentia, qua peccatum praeteritum deletur, sit actus absolutus, & efficax, vel conditionatus, videndus est Doct. 2. d. 6. q. 1. & 3. d. 19. §. aliter potest dici; certum est, esse efficacem ad destruendum habituale peccatum, non tamen ut peccatum, quod commissum est, patrum non fuerit, unde potest ferri voluntas in peccatum praeteritum, ut moraliter praesens per modum habitus non peccatum retrahat, & sic potest illud efficaciter detestari, in peccatum vero, & formaliter praeteritum actu absoluto, & efficaci ferri non potest de desiderando peccatum commissum detestari, sed commissum, quia hic actus est ad obiectum impossibile, ferri tamen potest actu conditionato, scilicet, si potest, quod sit possibile, ut peccatum commissum non fuerit commissum, & hoc modo potest, & debet penitens velle, ut peccatum non sit commissum, affectu saltem simpliciter desiderari, cum ferri non possit affectu voluntatis efficacis, quia haec supponit absolutam obiecti possibilitatem cum ordine ad executionem mediorum, posse autem in voluntate dari actus conditionatos, dicemus infra g. seq. n. 41.

20. Quod vero penitentia peculiarem quoque habeat difficultatem in obiecto suo attingendo, quam alia virtus circa suum non habet, probatur, nam in hoc ipso etiam, quod est aboleretur Dei offensiva, & reddatur homini Deus ex irato placatus, est difficultas peculiaris a difficultate cuiusque virtutis distincta, nam virtus penitentiae, cum versetur in peccato praeterito destruendo, id homini robor praestat, ut quavis peccati illecebras, & blandimenta sit expertus, adhuc peccatum efficaciter detestetur; quod quidem est multo difficilius, per aliam autem virtutem peccata ipsi contra iram et iratum, quis formaliter, & per se, non ut iam expertus, ut facit penitens, sed absolute, ut habent turpitudinem tali vel tali virtuti repugnantem, sive quis illam expertus sit, sive non; unde nulla virtus per se habet difficultatem illam peculiarem, quam per se, & formaliter superat virtus penitentiae, propter expertitiam peccati praeteriti; & idem bene dicitur Doct. l. c. quod nulla alia virtus versatur circa tale obiectum, scilicet, peccatum, ut vindicabile, & per penam expiabile, nec actus ullius virtutis habet tales circumstantias, quae conveniunt actui penitentiae, ut in tale obiectum tendenti, scilicet, hinc, modum, & huiusmodi. Ex hoc igitur satis patet, praeter penitentiam generalem sumptam, prout spectat ad omnes, & singulas virtutes in propria materia, dari proprie specialem virtutem penitentiae, quae omnia peccata complectitur, condistincta a praedictis omnibus virtutibus, cuius propria, & specifica ratio est, penitere, vel penam tenere de peccatis formaliter consideratis, quatenus sunt offensiva, & iniuria Dei, sive velle satisfacere Deo offenso, & offen-

sam per penam assumptam satisfacere, in peccato namque considerari potest non solum turpitudinem contra propriam virtutem, sed solum esse quasi malum quoddam Dei, esse malum proprium peccantis, esse contra legem obedientiam, sed praeterea ratio offensiva, & iniuria contra Deum, tanquam supremum Dominum; penitere ergo de peccatis sub hoc formali motivo est specialis virtus penitentiae a ceteris condistincta; ita etiam dicitur Averſa loc. cit. ubi quodque hanc virtutem ex humanis deducit, quia inter homines est quaedam virtus specialis, quae unumquemque obligat, ne offendat, ne alterum iniuria afficiat, & ut si forte offenderit, debeatur satisfacere, & offensam per penam voluntarie assumptam satisfacere similis ergo quaedam virtus specialis agnoscenda est hominis erga Deum, & haec est penitentia ab aliis virtutibus condistincta.

12. Ex hac autem doctrina patet, quomodo intelligendum sit, quod supra in prima assertionem docuimus cum Scot. quod odium habere peccatum non est actus unius determinatae virtutis, sed cuiusque appetitive, quae quocumque enim virtus inclinat ad complendum in bono honesto, inclinat etiam ad detestandum, & displicendum de malo inhonesto, & opposito; ut enim advertit Branc. noster d. 1. de penitentia a. 8. odium peccati dupliciter considerari potest, primum ut est fuga alicuius mali oppositi determinatae, virtuti, ut odium superbiae, avaritiae, &c. secundum considerari potest, ut est medium quoddam assumptum ad vindicandum peccatum ut per penam ab ipso odio causandam, & sic a virtute penitentiae causatum, & ad eandem pertinet, ipsa enim peccatum vindicabile respiciens, tanquam proprium obiectum, volens illud vindicare per penam, utitur odio eius, quod causatur pena, vel tristitia. Quando ergo inquit Doctor, odium peccati non esse actum unius determinatae virtutis, sed ad quamlibet pertinere, intelligi debet de odio, seu displicentia secundum se considerata, quatenus est fuga alicuius mali, quod opponitur virtuti, nam quilibet virtus habet complementum de bono, & displicentiam de malo opposito; non vero de odio, quatenus est vindicativum, & causativum penae pro peccato puniendae, ut ipso Doct. colligitur ex loc. cit. l. d. hoc enim modo determinat pertinet ad virtutem penitentiae, & ratio est, quia actus huius vel illius virtutis proprius si fiat ad alium finem, & ab alia virtute imperatur, ut a fide, vel iustitia, ad eam trahitur, & ad eam reducitur; ergo licet odium secundum se consideratum, quatenus est fuga alicuius mali, quod opponitur virtuti, ad quamcumque virtutem pertinere possit, nam quilibet habet complementum de bono, & displicentiam de malo opposito; tamen ut imperatur a penitentia, & exercetur ad causandam penam in vindictam peccati, est actus iustitiae vindicativae, & ad nullam aliam virtutem reducendum videtur.

13. Denique sic etiam dicitur de actibus acceptandi penam iniuriam, & eam patienter sustinendi, ut idem Branc. advertit loc. cit. ar. 9. acceptatio enim penae, si fiat ex motivo charitatis, temperantiae, vel alterius virtutis, pertinet ad hanc, vel illam, & in hoc sensu non est alicuius determinatae virtutis, sed ad omnes, & singulas pertinere potest; si vero fiat ex motivo vindictae in peccatum, tunc talis acceptatio est actus penitentiae determinatae, & ad hanc virtutem determinatam pertinet; Et eodem pariter de sustentatione penae dicendum est, si enim ex motivo patientiae fiat, quod dicitur, non esse remunerandum in adversis; sed pro amore Dei tolerandum, Deoque benedicendum; ut lob faciebat; sic utique actus iste est determinatae virtutis, scilicet, patientiae, & in hoc sensu intelligendus est Doctor, dum inquit, hunc actum esse huius determinatae virtutis, scilicet, patientiae; si vero pena iniuriam patienter toleratur in vindictam peccati; tunc huiusmodi actus pertinet ad penitentiam, & iustitiam vindicativam, quia est vindicta; & punitio quaedam, unde viri sancti, & perfecti, & Anacoretae, Religiosi, & similes, qui assiduis laboribus, flagellis, & jeuniis se macerant, & castigant, labores, & incommoda assumunt in odium, & vindictam peccatorum; unde consequenter dicendum est, habitus ex his, & similibus causatos, scilicet, acceptandi penam in peccatum in vindictam, vel patienter sustinendi penam iniuriam in eorumdem vindictam ad penitentiam, & iustitiam vindicativam pertinere, nam similes actus generant conformes habitus; Concludendum ergo est, quod tres illi actus tenendi penam, scilicet, odium mali, acceptatio gratiae penae, & sustentatio, vel tolerantia penae sunt quidem ex suo genere actus plurius virtutum, praefertim duo priores, ut supra dictum est; si tamen fiant in vindictam peccati, ut plurimum fiunt, sunt actus penitentiae, & iustitiae vindicativae.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur Obiectiones.

14. IN oppositum obicitur Primo ad probandum, penitentiam non esse virtutem specialem a ceteris distinctam, sed generalem per omnes vagantem, quia detestatio peccati pertinet ad quamlibet virtutem, quodlibet enim virtus inclinat ad bonum, & detestatur malum sibi oppositum iustitia enim per eandem rationem inclinat ad iustum, & ab iniusto declinat, temperantia inclinat ad honestatem temperantiae, & ab inhonestate intemperantiae declinat.

clinet; ergo penitere, quod est nolle peccasse, non est actus specialis virtutis, sed vagatur per omnes.

Conf. quia omnes virtutes eliciunt actus penitentiae, quia omnes inclinat ad actum odii circa malum. Tandem, quia virtus specialis non potest opponi omni vitio; sed penitentia opponitur omni vitio, cum omne vitium sit obiectum penitentiae, ergo neque esse specialis virtus; minor patet, probatur major, quia sicut virtus specialis habet determinatum bonum obiectivum, a quo specificatur, ita habet determinatum malum, cui opponitur, vitium enim specificatur a bono virtutis, cui privative opponitur.

15. Resp. detestatio peccati pertinere ad quamlibet virtutem, non tamen eo particulari modo, quo pertinet ad penitentiam; quatenus est specialis virtus a ceteris condistincta; nam omnes virtutes respuunt malum, quatenus impedit bonum, quod primo, & per se respiciunt; non autem quatenus vindicabile per penam suam susceptionem, quo pacto penitentia omnia respuunt peccata; nulla enim virtus praeter penitentiam dicitur sumenda esse de peccatis vindicandis per penam susceptionem, nam fides v. g. dicitur, cavendam esse infidelitatem, spes de castigationem, charitas odium, & sic de singulis, non adhibet media ad castigandum malum, & vitium oppositum, sicut adhibet penitentia, non enim fides dicitur, castigandam esse infidelitatem, & spes dispersionem per penam sive spirituales, sive corporales, vel per laborem susceptionem, & similes actus, sed hoc est proprium penitentiae munus, ut a ceteris distinguatur virtutibus; unde nulla virtus odio proprio, & peculiari penitentiae odit malum, nec eo sine, & modo, quo odit penitentia, penitentia namque odit malum, quia punibile, aliae vero virtutes ea precise ratione, quia impedit bonum unicuique oppositum, unde non est odium vindictae, quale est odium penitentiae, sed odium potius repulsi, & abominatiois, quatenus impedit bonum per tale malum, unde argumentum probat solum penitentiam esse virtutem generalem, & per omnes vagantem, modo jam supra declarato n. 8.

Ad Conf. negatur assumptum cum eius probatione, licet enim quilibet virtus uti possit penitentia, eius actus imperando, nulla tamen virtus inclinat ad actum odii circa malum sibi oppositum, sed virtus inclinat ad actum odii circa malum sibi oppositum, non tamen est odium vindictae, sicut est odium penitentiae, sed solum repulsi, ut dicitur est. Ad ultimum dico, uti non posse virtutem specialem omni vitio opponi sub motivo specialis, sub quo unum vitium distinguitur ab alio, & singula opponitur diversis virtutibus; potest tamen opponi sub motivo universali, sub quo omnia vitia conveniunt sub una ratione, quatenus singula sunt punibilia, & vindicabilia per penam susceptionem, quod sola dicitur penitentia, ut est specialis virtus.

16. Secundum obicitur ad idem, penitentia respicit pro obiecto omnia obiecta solum partialia singularum virtutum; ergo est virtus generalis; probatur assumptum, nam omnes virtutes non tantum inclinat ad prosequendum bonum, sed etiam ad respiciendum malum, & sic partialiter mala respiciunt; penitentia autem omnia respicit mala, ergo &c.

Conf. quia frustra multiplicatur virtutes, cum possit penitentia etiam sub ea ratione, quia ponitur specialis virtus, per omnes vagari, ergo &c. probatur assumptum, posset enim dici sub illa ratione, punibilis quamlibet virtutem odisse malum proprium sibi oppositum, nihil enim impedit, quin dicatur castitas odire impudicitiam, & temperantiam intemperantiam, & velle punitioem eius, ut tribuitur specialis virtuti penitentiae; ergo non est danda aliqua determinata virtus, quae dicatur penitentia, sed omnes virtutes sunt penitentia vel aequae, vel inaequae. Demum si esset virtus specialis esset insufficientis numerus virtutum, qui communiter assignatur pro theologis, vel moralibus.

17. Resp. ex dictis, penitentiam respicere pro obiecto omnia obiecta partialia singularum virtutum, non tamen eodem modo, & sub eadem ratione, quae respiciuntur a penitentia, hic enim respicit illa, quatenus punibilia, & vindicabilia per penam susceptionem; aliae vero virtutes illa respuunt sub ea tantum ratione, quatenus impediunt bona, quae respiciuntur, nisi imperando ad actum.

Ad Conf. negatur assumptum cum eius probatione, primo quia virtus aliqua ut v. g. castitas inclinat ad castitatem videndum, & ad impudicitiam vitandam, at non inclinat, nec dicitur vindicandam esse impudicitiam, & penam de ea sumendam, quia puniunt, & vindicatio impudicitiae non spectat ad rationem obiectivam, & intrinsecam castitatis, sed penitentiae docentis esse puniendum omne malum morale. Deinde quia virtus aliqua fugit peculiare malum, quia peculiari bono oppositum, & sic de aliis virtutibus, ad penitentiam nedum fugit per odium repulsi, sed punit per modum vindictae, & ad hoc media querit, quod aliae virtutes facere nequeunt, nisi imperando actus penitentiae, & praeterea non unum tantum opponitur, sed omnia mala, habentque peculiare motivum odendi, id est, quod constituta est specialis virtus a ceteris distincta. Ad ultimum negatur sequens, non enim ponitur a nobis penitentia specialis virtus, quia non reducatur, vel continetur sub aliqua ex virtutibus moralibus, & communiter enumeratis, sed quia non pertinet ad omnes virtutes, ut

prima opinio assererat, nec est aggregatum quoddam ex omnibus virtutibus; dicimus itaque, esse specialem virtutem, id est, non vagantem per omnia virtutum genera, eo quod omnia mala sibi opposita odio habeat; sed sub uno tantum virtutum genere constituit debere, quia odium, quo utitur penitentia, ut medio ad peccatum puniendum, est diversum ab odio aliarum virtutum, ut declaratum est; ad quod autem genus reduci debet, cum nullum eorum nomen induat penitentiae, patet ex dicendis inferius q. 3.

Tertio obicitur contra id, quod diximus cum Scot. odium, & detestatioem peccati non esse actum specialis virtutis penitentiae, sed cuiusque appetitive, quia SS. Patres, & Concil. nomine penitentiae tantum exprimitur dolorem de peccatis, ac detestatioem, & in his completur ultima, & perfecta dispositio ad Sacram. ergo hic est actus propitius, & primarius penitentiae; antecedens probatur ex Concil. Trid. sess. 6. c. 6. ubi habet haec verba. *Dum peccatores se esse intelligentes morventur adversus peccata per odium aliquod, & detestatioem, & sess. 4. c. 4. de finitur, quod hic contritio dolor animi, ac detestatio de peccato commisso.* Conf. quia virtus penitentiae parit dolorem, ac detestatioem est, quae parit dolorem, quia dolor statim illum comitatur; ergo detestatio est propitius penitentiae actus, & non alterius. Demum potest quis detestari peccatum, ut reserret iniuriam Deo illatam, qui est finis, & ratio formalis penitentiae, ergo hic actus potest esse particularis virtutis penitentiae, quia ab eius obiecto, sive fine, vel motivo elicitur, ita arguit Suarez d. 3. sess. 4.

14. Resp. solutionem patere ex dictis supra n. 12. ubi declaratum est, quod sensu dixerit Scotus odium, & detestatioem peccati non esse actum determinatam virtutis, scilicet, penitentiae proprie dictae, sed tantum generaliter sumptae, prout spectat ad omnes, & singulas virtutes in propria materia; ibi enim dictum est, odium, & detestatioem peccati dupliciter considerari posse; primo ut est fuga mali oppositi huic, vel illi determinatae virtuti, odium superbiae, avaritiae, &c. secundum ut est medium quoddam assumptum ad vindicandum, & puniendum peccatum per penam ab ipso odio causandam quando inquit Doctor, non esse actum determinatam virtutis, scilicet, penitentiae specialiter sumptae, sed ad quamlibet virtutem pertinere, quia proorsus eiusdem virtutis est velle aliquid bonum honestum, & nolle malum illi oppositum, loquitur de odio proprio generis, non autem secundi generis, quod utique est actus proprius penitentiae, & de quo loquitur Concil. l. c. iam enim supra dictum est, odium, & detestatioem penitentiae, vel quo penitentia utitur, esse diversum ab odio aliarum virtutum, aliae enim virtutes faciunt malum sibi oppositum, quatenus sibi incongruum, & sui destructivum; at penitentia causat odium malum, ut ex oritur pena punitive peccati, unde odium penitentiae proprium non tantum est odium simpliciter repulsi, & aversionis, quale est odium aliarum virtutum commune, sed praeterea est odium vindictae, & punitiois, & idem est actus penitentiae proprius, & non alterius virtutis; Quod autem Concil. de hoc odio ibi loquatur, ex eius verbis deducitur, cum inquit, *dum peccatores se esse intelligentes morventur adversus peccata per odium, & detestatioem, non bene potest homo brevi temporis momento odium penitentiae detestari plura, & innumera peccata multas, & diversas virtutes;* & tamen repugnat, quod in illo ipso instanti singula peccata dicitur esse recogete, singulari virtutes, quibus opponitur, & ex eorum maius singula odio habeat, loquitur ergo de odio penitentiae proprio, quod est quasi odium universalem omnium peccatorum; sed quamvis hoc odium, & detestatio sit actus proprius penitentiae, ita ut alteri convenire non possit, adhuc tamen non est dicendus actus eius principalior, & primarius; ratio est, quia iustitia vindicativa, sub qua continetur penitentia, ut postea dicemus, respicit, ut actum suum elicitum, voluntatem efficacem vindictae, & penae peccati punitive, & quia odium causat penam, imperat odium, & detestatioem, tanquam medium ad consequendum suum finem, & vindicatioem peccati, unde odium respiciens malitiam est gratia vindicationis, ideoque vindicatio est actus penitentiae nobilior, quam odium, & detestatio, ac etiam primarius, quia hic actus continetur in illo, tanquam effectus in sua causa; detestatio enim peccati includitur, tanquam effectus in actu vindicandi, qui non potest stare, si est effectus, sive suo effectu, qui est infringere penam, quae pona in dolore imperato consistit, alius non ordinaret culpam debita penam.

20. Dices, Conc. Trid. sess. 6. c. 6. assignans modum praeparationis & conversionis nullam facit mentionem de vindicatione peccati, sed tantum de detestatioem; hic ergo est actus praecipuus, & primarius penitentiae. Resp. quod est expressum ibi non facit mentionem de vindicatione, eam tamen alibi memorat, scilicet, *sess. 14. c. 9. dum ait Debet denique, tantam esse divinae munificetia largitatem, ut non solum poenis sponte a nobis pro vindicando peccato suscipis, sed, i. deo autem l. c. sess. 6. cap. 6. de vindicatione mentionem non facit, quia detestatio, de qua ibi Concil. loquitur, non est ex motivo ipsius penitentiae expresse, sed, ex motivo charitatis, ut datet ex verbis anteedentibus *illamque tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt, ac propterea morventur adversus peccata per odium aliquod, & detestatioem, neque dubium, est talem detestatioem sufficere,**

certe, quae non concepta est de peccato ex motivo charitatis; non puto tamen, eam contingere sine eo, quod antea praecesserit voluntas vindicativa peccati; siquidem quando quis vult penitere, ut oportet, ista per ordinem intervenit solent, ut ex eodem Concilio ibi colligitur; primò ex divino auxilio illuminatur homo ad cognoscendum se esse peccatorem, & Dei offensorem, deinde ex motivo divinae iustitiae malorum ultroque concurrit ad timorem, postea erigitur in spem divinae misericordiae fidens, Deum propitiū fore, illumque tanquam omnia peccata sua remittit incipit diligere ac propterea movetur contra peccata per odium, & detestativam eorumque, quibus clarè conspicitur, quod debet penitens vellemus faciter penitere, & peccata sua punire per odium, quod est penae causativum.

Ad Confirmationem principalis argumenti gratis concedo, detestativam, ut patet dolorem de peccatis esse actum penitentiae propriè dictam, & non alterius virtutis, quia ut sic, medium quoddam ad penitentiam assumptum ad vindicandum, & puniendum peccatum per penam ab ipsa causandam, quando autem dixit Doctor, odium, & detestativam peccati non esse actum virtutis specialis penitentiae, sed cuiusvisque appetitivae accipit ibi odium, & detestativam, pro ut importat fugam, & aversionem mali oppositi huic, vel illi determinati virtuti. Ad ultimum concedo totum; nil enim aliud argumentum probat, quam id, quod dictum est supra n. 12. nimirum, quod licet odium secundum se consideratum, quatenus fugam, & aversionem importat alicuius mali, quod huic, vel illi virtuti opponitur, possit ad omnes pertinere virtutes; tamen ut importat ad penitentiam, & assumitur, tanquam medium ad causandam penam in vindictam peccati, est actus penitentiae, & iustitiae vindicativae, nec ad ullam aliam virtutem pertinere potest; hoc enim est proprium penitentiae munus, ut est specialis virtutis à ceteris distincta.

Quarto ad idem arguit Bassolius loc. c. quia si penitentia secundum modo sumpta nempe detestativa, non est specialis virtus, sed per omnes vagatur, & ad omnes se extendit, ut inquit Scotus, tunc quilibet virtus posset dici penitentia detestativa, & e contra quod est inconveniens. Deinde penitentia detestativa habet pro se primo obiecto malum, & culpam, unde & sius actus per se primus est nolle, vel detestari, seu odire, non sic autem est de obiecto, & actu aliarum virtutum; & si enim alia virtutes inclinat ad detestandum actus inordinatos suis actibus contrarios, hoc tamen est per accidens, nec detestari est per se primus actus alicuius ipsarum, nec etiam culpa, sive malum est sic obiectum primum ipsarum, ergo &c.

Resp. nullum esse inconveniens, quamlibet virtutem dici posse penitentiam generaliter sumptam, modo iam declarato n. 8. & 9. quia sicut quilibet inclinat ad complacendum in bono honesto, quod sibi ex suo obiecto convenit, ita inclinat ad detestandum, & odio habendum, sive displicendum de malo inhonesto opposito. Ad aliud quando inquit Doctor, cuiuslibet virtuti convenire posse actum detestandi virtutis sibi oppositum, non in eo sensu hoc dixit quod talis actus ad hanc vel illam virtutem proxime, & immediate spectaret, sed spectat ad penitentiam, quae est specialis virtus, nam actus immediatus temperantiae non est detestari virtutem imperantiae, sed amplecti temperantiam ipsam, unde actus ille sibi solum mediate convenit; adhuc tamen per se, & non per accidens tantum, quia sicut per se primò quilibet virtus inclinat ad amplectendum bonum, ita etiam per se, licet non primò inclinat ad detestandum malum oppositum.

Quòd arguit ulterius Bassolius contra id, quod diximus de penitentia tertio modo sumpta, quod est gratanter acceptare penam pro peccato inflictam non esse virtutem specialem, quia quilibet virtus inclinat ad gratanter acceptandum aliquam penam pro peccato commisso contra illam virtutem, sicut inclinat ad detestandum malum sibi oppositum; inquit Bassolius, hanc rationem non urgere, quia quamvis actus per quem acceptatur obiectum, sit in per se aliqua virtute non sequitur tamen, quod sit ab illa elicivè, unde per actum fortitudinis aliquando imperatur actus temperantiae, & ex temperantia acceptatur aliquid in ordine ad obiectum fortitudinis, & tamen hinc non sequitur, quod actus, quo acceptatur, spectet ad virtutem fortitudinis elicivè, sed solum imperativè; Scotus ergo per hoc non sufficienter declarat, ad quam virtutem spectet talis acceptatio elicivè, id est, qualis sit illa virtus, ex qua causatur immediate talis actus.

Resp. rationem à Scoto addidit esse sufficientem; quando enim inquit, quod si aliquis ex amore charitatis, quae diligit Deum super omnia, acceptet penam, talis acceptatio spectat ad charitatem, & si aliquis ex amore castitatis acceptet penam pro actu castitatis opposito, talis actus spectat ad castitatem, & sic de aliis, quando inquam, ita dicitur Doctor, intelligit, tales acceptationis actus ad tales spectare virtutes, non tantum imperativè, ut inquit Bassolius, sed etiam elicivè, quia nulla est talis determinata virtus, à qua talis acceptatio prodire possit, nisi quòd sit ex motivo vindicativè in peccato; tunc enim talis acceptatio est actus penitentiae determinatè, ut est specialis virtus à ceteris distincta, & ad hanc virtutem

determinatam pertinet elicivè, unde non est ad rem exemplum de actu temperantiae à fortitudine imperato, quia tunc utiq; talis actus, licet sit à temperantia prodire, quia temperantia est determinata virtus, non vero penitentia tertio modo sumpta.

23 Sextò tandem arguitur contra id, quod diximus in fine praecedentis articuli, quòd si sufficienter patet, est penitentia quocumque modo dicta, fiat absque motivo vindicativè in peccatum, pertinet utique ad actum penitentiae, ut inquit Doctor, si vero fiat in vindictam, pertinet ad penitentiam, & iustitiam vindicativam; contra hoc arguitur, inquam, quia patens sufficienter patet est penitentia, in hoc enim actus patientiae consistit, ut malum aliquod toleretur absque murmuratione, sed potius cum gaudio, & gratiarum actione; ergo si talis actus sufficienter exerceretur etiam in peccatorum vindictam, non bene diceretur actus penitentiae.

Confirm. quia non est major ratio, cur actus ille sufferendi, & habitus ex his actibus causatus, essent dicendi potius penitentiae, quam patientiae, cum habeant pro obiecto, & sine intrinseco obiectum patientiae, & pro fine extrinseco tantum motivum penitentiae. Tandem si tales actus, vel habitus essent actus, & habitus penitentiae tollenda esset medio virtutis patientiae, quia assignari non posset, in quo consisteret.

Respondetur negando consequentiam, si enim adversari vel poena tolleretur ob Deum amorem, vel beatitudinis praemium nullo habito respectu ad peccatum, ut erat tolerantia S. Iob., quamvis talis actus tolerandi, & sufferendi sit actus virtutis patientiae; tamen si poena sufferatur, & tolleretur ad peccatum commissum vindicandum, & puniendum, tunc actus ille est penitentiae, non patientiae, nisi materialiter.

Ad Confirmationem negatur assumptum cum ejus probatione, quia in eo casu, quòd poena assumatur in vindictam peccati, tunc talis actus habet pro formalis obiecto, & sine intrinseco motivum penitentiae, & non tantum extrinseco; & solum materialiter versatur circa obiectum patientiae, & hoc enim commune habet penitentia cum patientia, quòd ambò importat tenentiam poenae, licet non ex eodem fine, quia patientia poenam sufferit praesè ob amorem Dei, & gloriae praemium, nullo habito respectu ad peccatum, sed penitentia sufferit in vindictam peccati. Ad ultimum negatur consequentia cum ejus probatione, patientia namque sine penitentia exerceri potest, si praesè poena sufferatur ob Dei amorem, vel gloriae praemium, nullo habito respectu ad peccatum, vel ejus vindictam.

QUESTIO SECUNDA.

Quodnam sit obiectum formale penitentiae, ut est specialis virtus.

24 Nota huius questionis difficultas consistit in assignando motivo, & obiecto formali distincto, ex quo moveri queat penitens ad sua peccata detestanda, ita ut non coincidat cum motivo aliarum virtutum; quamvis enim possit moveri penitens ad sua peccata detestanda, etiam ex motivo aliarum virtutum, hoc tamen non obstat, quin penitentia habeat suum speciale motivum, & obiectum, à quo specificetur, & à ceteris distinguitur; sicut ex eo quòd subditus moveri possit ad exequendum superioris voluntatem ex alio motivo, quòd obediètia, hoc non obstat, quin adhuc obediètia habeat suum speciale motivum, & hoc possit inferior moveri ad parendum suo superiori. Ut igitur magis stabiliat quod in praecedenti questione determinatum est penitentia, scilicet, proprie dictam, & specialiter sumptam esse virtutem specialem à ceteris distinctam, omni diligentia investigandum est, quòd nam sit hoc formale obiectum penitentiae, etenim ex hoc praeritum capite, scilicet, ex specialitate obiecti, & circumstantiarum deduximus, & probavimus, penitentiam esse specialem virtutem, quae de re varii sunt dicendi modi sigillatim examinandi.

ARTICULUS PRIMUS.

Varii dicendi modi examinantur, & refelluntur, & nosser statuntur.

25 Primus dicendi modus est multorum, quos citat, & sequitur Vasq. q. 3. s. 4. ubi. unico n. 12. dicitur, penitentiam respicere ut obiectum formale, sive motivum operandi compensationem Deo faciendam, cum enim Deus per actum peccati laesum maneat, & offensus, ideo cum peccator ex inclinatione penitentiae de tali offensiva poenam luit, aliud non intendit, nisi compensare Deo offensam; quapropter concludunt, obiectum formale penitentiae poni debere honestatem, quae est in ipsa reparatione quapropter peccatum commissum intendimus Deo satisfacere: & hunc dicendi modum plures sequuntur Recentiores.

At Doct. 4. dist. 14. quaest. 2. & dist. 15. quaest. 1. docet quidem in exercitio actum penitentiae pro offensiva Deo irrogata aliqua fieri compensationem, hoc enim modo inquit, poenam esse correctivam culpae, non tamen vult, hoc esse obiectum formale penitentiae, etenim penitentia ex D. Aug. lib. de vera, & falsa poenitent. cap. 8. est doloris vindicta puniens in se, quod dolet commississe, in qua definitione nulla fit mentio de compensatione; & ratio est, quia virtus penitentiae primò, & per se constituitur per respiciendum,

tiam, & tenentiam poenae, non vero per compensationem, & actus volendi poenam tenere pro patto delicto, non autem volendi compensationem, est actus primus, & praecipuus specificans penitentiam virtutem, & à ceteris distinguens, alioquin etiam gratitudinem habet pro obiecto bonum compensationis, Quòd vero per poenam, sive vindictam fiat etiam in penitentia offensivè, compensatio materialiter se habet ad eam, quandoquidem etiam si talis compensatio non sequeretur ad poenam assumptam pro commisso delicto, adhuc penitentia esset.

Confirmatur, quia penitentia essentialiter sit satisfactioem respicit, non satisfactioem, & illam dicitur, & formaliter intendit, satisfactio autem in obiecto penitentiae merè materialiter se habet, unde Deus iustè puniens in inferno damnatos veram iustitiam exercet, & tamen non respicit nisi satisfactioem, & poenam; cum ergo penitentia sit iustitia punitiva, & vindicativa, ut dictum est, & ad huc magis infra patebit, ideo poenam, ut dictum est, & ad huc essentialiter requirit, quòd autem per illam poenam inflictam, & voluntarie assumptam peccator satisfactioem, non respicit formaliter ad penitentiam, sed à iustitia generali commutativa; sicut per hoc, quòd actus penitentiae exerceatur etiam actus Religiosis, quia cultus Deo debitus praeratur, non sequitur, ex hoc quòd penitentia sit religio, quia talis cultus ad penitentiam merè materialiter, & concomitanter se habet, sicut etiam licet per actus benedicens Deum, vel alios Religiosis actus sit compensatio aliqua pro actibus irreverentibus, aliis Deo illatis, actus illi ad Religiosis virtutem pertinent, & compensatio vero illa respectu religionis omnino materialiter se habet; vide Car. de Leg. d. 2. s. 2. ubi pluribus hac opinione impugnat.

26 Secundus dicendi modus est eorum, qui dicunt, virtutem penitentiae velle jus divinum resarcire, & ponere aequalitatem cum Deo quoad via propria extrinseca, & ad hoc faciendum inclinare, ille enim qui peccavit, potest, ac debet intendere reparatae, ac resarcitae hanc aequalitatem, & hoc, ut lenda in aequalitatem, & compensandam injuriam; quòd ita declarat, quia Deus super nostras actiones habet praetentionem, & dominium, ut secundum ejus voluntatem fieri debeant, & hoc est jus, quòd Deus habet, ut prima regula in omnes actiones nostras morales, & rursus Deus habet sua bona, nedum intrinseca, ut sunt propriae perfectiones, quae à nemine laedi possunt, sed habet etiam bona extrinseca, ut fama, & exultationem, quae vult conservari sibi illis; Cum autem homo peccat, laeditur jus Dei, & tollitur aequalitas bonorum, quae Deus habet, & sit Deus minus habens in exultatione, homo enim suam potius exequens, quam Dei voluntatem, exultat Deum minus, quam debet, ac veluti infra seipsum; formaliter ergo obiectum, quòd vult, & intendit penitentia virtus, est jus divinum laesum resarcire, & aequalitatem jam declaratam cum Deo servare; ita Suarez dist. 2. s. 2. ubi adhaeret Amicus dist. 1. s. 2. ubi inquit, motivum formale penitentiae specialis esse ius, quòd Deus habet, ut prima regula in omnes nostras actiones morales.

27 Sed neque dicendi modus placet, nam omnis virtus sive ad se, sive ad alterum duplicem habet finem, vel duplex obiectum, unum dicitur, quòd intenditur, & est finis qui; aliud, gratia cuius intenditur, & est finis cui, ut v. g. quamvis ex charitate volo bonum latræ, finis & est, Deo, Deus est gratia cuius extrinsecum obiectum, & extrinsecus finis; bonum vero latræ est, quòd est volitum, & dicitur finis qui. Sic igitur in praesenti finis est penitentia dicitur quòd ipsa, ut species iustitiae vindicativae, intendit quidem servare jus legis, & legislatoris, & hic est finis extrinsecus, & cuius, habet praeterea obiectum quòd, sive finem qui, quòd est proximum, & immediatum obiectum quòd intendit, & hoc est vindicta, sive punio delicti; Ex quo sic arguere licet, finis extrinsecus non specificat actum, nec habitum virtutis, quia hic finis, tanquam extrinsecus est variabilis, & voluntarius, habitus autem invariabilis semper dicit ordinem transeendentem ad unum; sed jus divinum in nostras actiones, & equalitas Dei in suis bonis extrinsecis est finis extrinsecus penitentiae; ergo & major patet exemplata de Crina; minor probatur, quia penitentia de vi ratione formalis est poenitentiae, & hanc essentialiter respicit, quòd autem poenitentiam erga Deum servandam, vel ob religionem, aut obedientiam potius in definitione penitentiae ex August. allata, quòd est doloris vindicta puniens in se, quòd dolet commississe. Confirmari etiam potest per actus aliarum virtutum, ac etiam ius, quòd Deus in nostras habet actiones potest resarcire; neutrum ergo est formale obiectum, vel finis intrinsecus penitentiae, qui ab aliis virtutibus attingi nequeat; consequentia patet, probatur assumptum; nam si Deus super nostras actiones habet dominium, & praetentionem, ut secundum ejus voluntatem fieri debeant, tanquam primam regulam actionum nostrarum iam tale ius laesum resarciri potest per actum obedientiae, & pariter predicta equalitas resarciri potest per actus aliarum virtutum, contra quae peccatum fuit; nam per actus latræ v. g. reddi potest aequalitas, quae per idolatriam

Meld. in Quar. Sentent.

triam oblata fuit, & per actus benedicens, & laudandi aequalitas ablata per blasphemiam, & contumeliam Dei; & denique Deus per peccatum existimativè est minus habens in bonis extrinsecis laudis, cultus, obedientiae &c. poterit reddi qualitas per actus conformiles, maxime eos exercendo in tempore, in quo non sunt debiti.

28 Tertius dicendi modus est aliorum, qui obiectum formale penitentiae, ut est specialis virtus, dicunt esse honestatem, quae reperitur in ipsa reconciliatione, sive pacificatione, quia Deum per peccatum offensam nobis placamus, & reconciliamus; distinguunt enim Auctores isti offensam ab injuria, autem; iniuriam esse contra jus strictum, quòd quis habet in sua res, offensam vero non semper esse contra jus, ac proinde non semper injuriam includere, quòd exemplo declarat, quia si amicus indiget libro, quem ego habeo, & petat à me, nisi commode, offendit amicum, quia habet fundamentum se rationaliter averteendi à me; at si amicus futurus aliquid, vel detrahit amico, offendit cum iniuria, quia nedum dat occasionem averteendi, sed laedit jus, quòd amicus habet in bona sua, & famam injuria; Igitur recompenatur per iustitiam, offensam vero per aliam virtutem, quae inclinat ad tollendam causam rationabilis offensivam, & indignationis, si forte data sit, ex motivo moralis honestatis, & in mutua pacificatione relucet; Quòd si talis virtus, ut condidit à iustitia, inter homines reperitur; à fortiori reperiri debet inter homines, & Deum, quae virtus optimo iure penitentia appellari potest, cum habeat omnes conditiones, quae ad virtutem specialis penitentiae Doctores requirunt; ita dicitur Cardinal de Lugo dist. 2. de Penitentia s. 4. ubi nunc dicendi modum deducit ex illo modo loquendi Ecclesiae Deus qui culpa offenderis, penitentia placaris.

29 Sed neque hic dicendi modus satisfacit, nec est de mente Doctoris, qui d. 1. q. 2. s. 2. ult. in inquisitio sub lit. D. docet, penitentiam sub amicitia non contineri, nec actus penitentiae esse actus amicitiae, vel reconciliationis cum Deo. Et in primis sine fundamento dicit, quòd penitentia specialis non sit virtus iustitiae, ex eo, quòd non tendat ad recompenandam Deo iniuriam, eo quòd peccatum non laedit aliquid jus Dei, sed solum tendat ad tollendam causam offensivam, quae per peccatum rationabiliter data est; Hoc, inquam, sine ullo dicitur fundamento, quia Deus strictius ius habet super morales nostras actiones, ut illae à nobis eliciantur juxta rectitudinem eius dictamen, & ideo iniuriam inferre Deo proprie dictam, qui laedit ius eius regulativum, quòd in nostras habet actiones, & ideo ex hoc capite negari nequit, quin penitentia, ut est specialis virtus, sit iustitia, & ad iustitiam pertineat, quae ad hoc strictius ius Dei compensandum tendit, quamvis aliunde ex aliis capitibus inferat Deum, & hominem perfectam, & rigorosa iustitia esse nequeat, ut lib. 3. dicitur est dist. de satisfactioe Christi; Neque exemplum ex humanis superius adductum est ad rem, quia potest quidem homo in aliquo offendi, in quòd nullum jus habeat, non potest autem Deum per peccatum offendi, quin aliquid eius jus laedatur, unde omne peccatum in Deum est iustitia, ut dictum est dist. 1. c. 2.

30 Deinde obiectum formale penitentiae non esse amicitiam cum Deo vel pacem cum eo, probat Doctor l. c. quia licet per eam peccator reconcilietur Deo, tamen vindicatio penitentiae de per se tantum respicit aequalitatem poenae ad culpam, & ut servetur lex punitiva Dei, vindicta enim respicit finem legis, quia ordinatur culpa per poenam praeriptam, unde in aliquo contingit talis actus per destructionem reus patet in suspensione furis, vel homicidae, & aliis similibus poenis per legem venalem inductis; ergo per accidens est, si concurrat reconciliatio, amicitia autem respicit correctionem, qui est finis extraneus iustitiae vindicativae, cuius est intendere satisfactioem per poenam debitam.

Confirmatur, quia amicitia, & pax cum Deo potius est finis intrinsecus, & obiectum formale charitatis, quam penitentiae, ipsa enim vult Dei amicitiam, & eum non esse homini iratum, sed bene affectum; si ergo est obiectum formale charitatis, penitentia esse nequit, quia nulla virtus potest directè, & intrinsecè respicere obiectum alterius. Tandem amicitia Dei, & pax cum eo potius est finis, & effectus extrinsecus penitentiae, quam eius obiectum, ad hoc enim instituta est penitentia, ut ex divina ordinatione obtineatur Dei amor, & amicitia, si ergo est effectus à penitentia, & eius obiecto causatus, iam eius obiectum esse non potest, alioquin esset causa sui effectivè; consequentia patet, quia quilibet habitus cum suo obiecto est causa effectus physice ab ipsis causati; & universiter nullus effectus ab aliquo habitu causatus, sive speculativo, sive practico dici potest obiectum eius, cum obiectum simul cum habitu talem effectum causet.

Hoc denique probatur etiam à priori ex definitionibus penitentiae supra relatis D. Augustini, & Ildardi, quòd est poenitentia, & doloris vindicta puniens in se, quòd dolet commississe, vel quòd est praeterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, in quibus definitionibus non ponitur reconciliatio, vel pacificatio cum Deo, sed tantum peccatum commissum puniendum, vel pacificatio cum Deo, sed tantum peccatum commissum puniendum, nec amplius committendum; ergo penitentia ex intrinseca sui ratione non dat intelligere amicitiam, vel pacem cum Deo, nec illa

illa respicit ex ordine essentiali obiectivo, sed tantum extrinsecus, & ex imperio aliarum virtutum; quod autem homo ex charitate Dei, & sui vult Deo amicitiam, & propterea penitentiam imperat, quia nimirum lumine fidei, ac etiam natura cognoscit, non posse regulariter aliquem ad amicitiam offendi redire, nisi per aliquam satisfactionem, & compensationem offensae puniatur; per accidens se habet ad obiectum penitentiae, ac propterea non hinc bene deducta, amicitiam, & hanc cum Deo esse obiectum formale penitentiae, & finem eius intrinsecum, sed tantum extrinsecum, nam ut postea dicemus, finis intrinsecus fidei est id, quod est credendum, & sperandum, sicut finis intrinsecus virtutis est id, quod est credendum, & sperandum, esse operans alios sibi praefigere possit.

31 Quartus tandem dicendi modus est eorum, qui mirum formale specialis penitentiae assignant ipsam peccatum, ut vindicabile, hoc est, in penam commutabile, & per aliquam satisfactionem, vel satisfationem expiabile, quod motum distinguit penitentiam à ceteris virtutibus, quae licet peccatum deseriverint, ut contrarium proprio obiecto, non tamen ulterius tendunt ad illud expandi per aliquam satisfactionem; & hic est modus dicendi Scoti loc. cit. & fuit etiam D. Thomae 3. p. q. 85. art. 3. quem bene probat Brancatus cum alio Scoti filio disp. 3. art. ult. quia peccatum ex communi sententia est obiectum materiale; in quo tendit penitentia, sed sub nulla alia ratione tendit in illud, nisi sub ratione vindicabilis, & per penam expiabilis, ergo & c. minor probatur, non enim esse potest peccatum eius obiectum simpliciter sub ratione mali, sed privatione boni alicuius virtutis, quia sic respicitur, & respicitur à qualibet virtute, cui opponitur; Non sub ratione offensae Dei, ut plures arbitrantur, quia sub hac ratione à charitate respicitur, & respicitur, quae vale in Deo omne bonum, & respicit omne malum, tam in bonis intrinsecis, quam extrinsecis. Non sub ratione iniuriae, quia sic respicitur à iustitia commutativa, quae dicit compensationem pro offensa; & praescindit à penali, & non penali actione. Nec denique alia ratio est assignabilis in peccato, sub qua respicitur à penitentia, nisi sub ratione vindicabilis, & punibilis, & per penam expiabilis, ut patet ex impugnatione aliorum modorum dicendi.

Confirmatur, quia sub hac ratione vindicabilis ad nullam aliam virtutem pertinere potest, praeter quam ad penitentiam, ut patet inductione ostendit; tam in moralibus, quam Theologicis virtutibus, non quidem ad Fidem, quae pro obiecto respicit verum à Deo revelatum, non ad spem, quae respicit bonum possidendum; non ad Charitatem, quae respicit bonum amico inexistens, vel inexistere potens: Et ex virtutibus moralibus, non ad fortitudinem, quae respicit arduum aggrediendum; non ad Temperantiam, quae respicit mediocritatem in delectationibus, remanet ergo ut vel ad iustitiam pertinet, haec autem commutativa esse non potest, ut patet ibi, ergo erit iustitia punitiva, iustitia autem propria peccati punitiva est virtus penitentiae, quia tenet penitentiam, & non infligit alteri; ergo obiectum formale penitentiae est peccatum quatenus vindicabile. Denique per hunc dicendi modum salvantur omnia, quae de virtute penitentiae dicuntur, salvatur enim, quod sit virtus, quia vindicabilis peccati est aliquid eligibile secundum rectam rationem, salvatur, quod respiciat peccatum in ratione obiecti odibilis, & detestabilis, quod toties Scriptura, & à Patribus inculcatur; Salvatur ordo actuum, quos in peccati punitionem elicit, vel imperat penitentia; & denique salvantur caetera alia, quae penitentiae tribui solent, ut statim ex argumentorum solutione constabit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Obiectiones solvuntur.

32 In oppositum obicitur, & arguitur Primò pro primo dicendi modo, quod penitentia respiciat, ut obiectum formale, seu motum operandi compensationem Deo faciendam pro offensa illata: quia in actu penitendi vere fit compensatio pro iniuria vel offensa Deo illata per peccatum, ergo haec erit proprie obiectum eius formale, & consequentia patet, quia alia virtus in penitente assignari non potest, quae talem compensationem intendat, patet etiam assumptum, cum enim Deus decreverit, se placandum per dolorem peccatorum, vel aliquid aliud, scilicet confessionem, & satisfactionem, quae sunt penitentiae actus, aliud exigere nequit, ut in potest non amplius lesus existimetur, vel offensus, in quo consistit offensae compensatio. Confirmatur, quia penitentia virtus inclinatur ad satisfactionem Deo pro peccatis commissis, nam postea penitentiae actus, iam Deo satisfactum est, & ipse placatus: ergo obiectum eius est talis satisfactio, seu compensatio; consequentia patet, quia idem est finis, habitus, & actus. Denique actus penitentiae est actus iustitiae vindicativae, ut Scotus ipse concedit, ergo negare nequit, compensationem quoque esse eius obiectum formale; probatur consequentia, quia iustitia vindicativa vult penam condignam delicto, haec autem condignitas est ipsa compensatio.

33 Resp. concessio antecedente negando consequentiam, nam etiam peccati delictio, reviviscencia meritorum, amicitia Dei,

& plura alia bona habentur per actus penitendi; quae non ob id obiectum formale penitentiae ponuntur, sed inter effectus eius computantur: ad probationem consequentiae dicendum est cum Brancato l. c. iustitiam generalem, & gratitudinem generalem, quae semper homini insunt, vel per modum habitus, vel dictaminis, esse virtutes illas, quae per se inclinant, & proxime ad satisfaciendum Deo probeneficis acceptis, & delictis commisisis penitentiam autem, ex qua talis oritur satisfactio per modum effectus, hoc non intendit saltem per se, & proxime, sed solum penam, & vindictam delicti penitentem sicut in iustitia vindicativa, sicut occidit, vel homicidium, utique compensatur offensae facti, vel homicidii, ad iustitiam, & iudex primò, & principaliter hoc non intendunt, sed tantum punire delictum, vel delinquentem.

Ad Conf. negatur ex modo dictis assumptum, materialiter enim se habet satisfactio in obiecto penitentiae, nam respicit satisfactio nem non satisfactio nem, & illam directè, & formaliter intendit, satisfactio nem vero materialiter solum, ac veluti per accidens, unde si penitens nullam haberet intentionem satisfaciendi, imò parate per talem penam affluere non posse Deo satisfactio nem pro tot, & tantis peccatis commissis, dum modo intentionem haberet puniendi peccatum pro odium, & penam assumptam, adhuc veram penitentiam haberet, quia in penitentia per se primò exigitur satisfactio, non satisfactio, sed idem hoc obiectum eius formale poni non potest. Ad ultimum concessio antecedente negatur consequentia cum eius probatione, illud est enim, velle, & intendere penam pro delicto taxatam, & aliud intendere compensationem illam, quae habetur per penam tendentem, etenim primum datur actus directè, & formaliter à penitentia intenditur, secundum vero materialiter tantum, ut modo dictum est de iustitia vindicativa, quae primò, & principaliter intendit punire delictum, compensationem vero concomitantem.

24 Secundò arguitur pro secundo dicendi modo, quod penitentia respiciat, ut obiectum formale, seu motum operandi ipsam honestatem recompenationis, quatenus est refactiva iustitiae divini laesi, quod Deus habet, ut prima regula in omnes actiones nostras morales, quia iustitia, ut sic habet pro obiecto ius, & consequenter determinata iustitia determinat ius, sed penitentia etiam per Scotum est species determinata iustitiae, ergo habet pro obiecto determinatum ius, hoc autem esse nequit, nisi ius divinum, & cetera minor subsumpta probatur, quia per penitentiam fit compensatio Deo ob offensam ei illatam, ergo respicit pro obiecto ius Dei, quod redditur, & refactur per penitentiam. Confir. quia iustitia, ut sic, respicit pro fine Quis, & obiecto Quod ipsum ius, ut sic ergo species iustitiae, eum respiciat ius determinatum, respiciat illud ut finem Quis, & obiectum Quod, acque idem cum penitentia sit iustitia etiam per Scotum, nulla aliud ius respicit, quam divinum, per ipsam refaciendum, quia fuerat lesum peccatum. Rursus in aliis iudiciis, & vindictis idem fit vindicta, & infligitur pena, quia ius aliud est violatum, & per penam refactur, idem enim homicidium morte punitur, quia ius commutativum de servando in omnibus illis violatum fuit; ergo si penitentia est iustitia vindicativa, respicit ius violatum refaciendum; ita arguit Suarez l. c. Demum arguit Amicus veluti à priori, virtutes, quae sunt ad alterum, diversificantur ex diversitate iurium, quae formaliter respiciunt; at ius, quod habet Deus in nostras actiones, ut prima regula omnis moralis honestatis, est diversum à reliquis, quae Deus habet, ut primum principium, quae refactur hoc ius, est specialis virtus à reliquis distincta, maior patet, probatur minor, quoniam Deus, ut primum principium fundat ius supremi domini, cui debetur supremus cultus Religionis; Ut sum num, acque incrementum bonium ius ultimi finis, cui debetur amor charitatis super omnia. Ut supremus legislator fundat ius supremi gubernatoris, cui debetur summa observantia praecipuum; ergo ut prima regula omnium moralium actionum fundare debet peculiare ius imitabilitatis, quod ius per se primò respicit penitentia, ne laedatur per difformitatem moralium actionum, & ut lesam refactur per recompenationem.

35 Resp. ex dictis in impugnatione huius secundi modi dicendi sub n. 27. quod sicut iustitia habet quidem ius pro fine extrinsecus, & pro obiecto cuius, vel cui, non autem pro fine intrinsecus, & obiecto quod; ita penitentia, ut species iustitiae vindicativae, intendit, quidem servare ius legis, vel legislatoris, & bonum communitatis, quod consistit in observantia legis, sed hic est finis extrinsecus, & cuius, finis vero intrinsecus, qui, quod est proximum, & immediatum obiectum, quod intendit est vindicta, seu punitio delicti, ut patet ex ibi dictis. Ad 2. negatur pariter assumptum pro eadem rationem, quae ubi est semper finis eius, idem vero per quod servatur illatum, vel nemel lesam refactur, est finis Quis, & quando etiam assumptum concederetur de iustitia commutativa, vel distributiva; adhuc de vindicativa, & punitiva negari debet, quae immediate punitionem, & penam respicit ob ius legis, & legislatoris, & bonum communitatis, supra dictum est. Ad 3. concessio antecedente negatur consequentia, quia totum illud extrinsecum est iustitia vindicativa, ut patet ex ibi dictis.

vindicativa, intrinsecus enim, & immediate respicit solum vindictam, seu penam à lege taxatam, vult enim lex, & proxime, ac immediate solum intendit, ut ob tale delictum talis infligatur poena, & haec respicit iustitia vindicativa pro obiecto proximo, & immediato, ut observat Brancatus l. c. Ad ultimum negatur minor cum eius probatione, hoc enim ius non distinguitur à iure quod Deus habet in nostras actiones, ut primus legislator, ut sic enim est prima lex, & norma omnium moralium in actionum, illa enim ipsa lex, est regula moralium operationum, ideoque idem omnino est ius, quod Deus habet in nostras actiones, ut primus legislator, & prima regula, nam jus prima regula in iure supremi legislatoris, includitur; atque ideo ex hoc capite penitentia non sufficienter distinguitur ab obedientia, quae respicit ius ipsum legislatoris, sed pro tali distinctione recurrere oportet ad finem intrinsecum, & obiectum proximum, & immediatum iam assignatum; quam solutionem frustra nititur evadere Amicus loc. cit.

36 Tertio arguitur pro tertio dicendi modo, quod obiectum formale penitentiae sit honestas, quae reperitur in ipsa reconciliatione, vel pacificatione peccatorum cum Deo; quia penitentia ad hoc specialiter tendit, ut recuperetur amicitia Dei, & ex penitentiae actibus hoc praecipue obtinetur; ergo haec est eius obiectum formale. Confir. quia penitentia non ex alio capite ad tenendum penam inclinatur, nisi ut penitentia Deo placeat, si enim peccator Deo per omnia placeret, nulla penitentia indigeret; ergo & c. Tandem nolle dare alicui fundamentum indignandi irrationabiliter, & velle tollere fundamentum indignationis, si datum est, aliud bonum, & honestum, & proinde ad aliquam pertinentem virtutem; sed alia assignari nequit, ad quam pertinet, nisi penitentia, ergo & c. Major patet, probatur minor, quia talis virtus vult peccati destructionem, ut est offensae Dei, & placat Deum, haec autem facit, quae penitentia competunt; ergo & c. ita arguit Lugus loc. cit.

Resp. ex dictis impugnatione huius tertii modi dicendi sub n. 20. penitentiam tendere ad recuperandum Dei amicitiam tanquam finem extrinsecum ab operante intentum, non vero tanquam in finem per se, & intrinsecum operis, vel habitus; & actibus penitentiae obtinetur amicitia Dei, ut effectus ex Dei ordinatione penitentiae promissus, non vero ut obiectum eius primum; & quidem actibus quoque aliarum virtutum obtinetur amicitia Dei, nec ob id amicitia ponitur obiectum formale illarum, sed solum finis extrinsecus, ita ergo est de penitentia dicendum, quae per se aliud non vult nec intendit, quam in penitentia per peccatis, quam tenet imperando odium, & alias poenae causas.

Ad Confir. negatur assumptum, penitentia enim inclinatur ad tenendum penam, primò, & principaliter, ut per penam peccatum deleatur, & expietur, secundario autem, & consequenter, ut Deo placeat, & ideo poenae tenentia, & peccati vindicabilis est eius finis intrinsecus, ac primum, & principale obiectum amicitiae vero cum Deo solum extrinsecus, & secundarius. Ad ultimum negatur minor; potest enim dici, tale bonum pertinere ad charitatem, quae dicitur omnibus volendum bonum, & nulli malum, unde inclinatur ad cavendum ab omni occasione, & fundamento rationabilis indignationis, nemini respectu Dei, sed etiam hominum; potest etiam dici ad iustitiam pertinere, quae vult omnia bona proximi illata, & intacta; ad probationem minoris dico, talem virtutem velle destructionem peccati, ut est offensae Dei imperat, tantum non vero elicite, & ex obiecto, sic enim solum competit penitentiae, quae respicit, ut obiectum primum peccata punibilia, virtus autem non ex obiecto actus imperati, sed ex proprio specificationem habet, ut Brancatus ad vertit loc. cit.

37 Quartò tandem arguitur contra quartum nostrum dicendi modum, quod obiectum penitentiae sit peccatum, ut vindicabile, & per penam expiabile, nam omnis virtus, quae est ad alterum, ex eodem motivo tendit ad servandum ius alteri, & ad recompenationem ius lesum per voluntariam aliam satisfactionem, ergo refactur eius divinum lesum non videtur proprium penitentiae; antecedens probatur, nam ex eodem motivo pietatis filius movetur ad refaciendum iniuriam Patris, & ad praestanda illi debita obsequia; ex eodem motivo Dulcia movetur servus ad recompenandam iniuriam Domino, & ad exhibendum illi debitum famulatum: Ex eodem motivo amicitiae amicus compensat offensam amico, & illi debita officia praestat; ergo ex eodem motivo sive Charitatis, sive Religionis, sive obedientie creatura per voluntaria satisfactio nem recompenat iniuriam per peccatum Deo illatam, & illi debita obsequia, & reverentiam praestat, ita arguit A. disp. 1. sect. 3. Conf. quia ratio formalis obiectiva virtutis ea est, à qua virtuosus movetur ad exercitium virtutis, sed virtuosus penitens non habet hoc motivum vindicabilitatis; ergo & c. maior patet, probatur minor, quia penitentia movetur ad tenendum ex indignitate peccati, vel à damno, & poenae, quae sibi comminatur, statim enim ac illuminantur ad cognoscendam seditionem peccati, non penam peccati, odio habent illud ab eo, quod dicitur, velle vindicare peccatum, quia est aliud vindicabile per odium causativum tristitiae. Denique actus primarius penitentiae non habet pro obiecto rationem vindicabilis, hic enim est nolle peccasse, seu odium, & detestatio peccati, quae

Meld. in Quart. Sentent.

patet non habere pro obiecto aliquam vindicabilitatem, ergo & c. 38 Resp. argumentum illud Amici patum, vel nihil contra nos urgere, non enim nos dicimus, quod refactur ius divinum lesum sit obiectum formale, & proprium penitentiae, imò arguendo contra secundum dicendi modum in praecedenti articulo sub n. 27. gratis concessimus, hoc refactur posse per actiones aliarum virtutum; sed dicimus, esse proprium penitentiae refactur ius divinum lesum per vindictam, & punitionem peccati, itare sit finis intrinsecus, & qui penitentiae, quod est proximum, & immediatum obiectum, quod intendit, sit vindicta, seu punitio delicti; finis vero extrinsecus, & cuius sit refactio iuris divini laesi, quae etiam per actus aliarum virtutum haberi potest; & per hoc salvatur, quod penitentia sit specialis virtus à ceteris distincta, quia nulla respicit malum sub hac ratione, nam si aliae virtutes fugiant malum, hoc tamen non est malum in tota sua universitate, sed fugiant determinatum malum, & non vult vindictam, unde illud abhorrent odio simpliciter repulse, non vero vindictam, & punitionem, penitentia vero respicit omne malum, & vult de eo vindictam, & penam, quod aliis virtutibus convenire non potest, ex proprio obiecto, sed tantum ex imperio, & motivo ipsius penitentiae.

Ad Conf. negatur minor cum eius probatione, nam existens in peccato mortali statim ac divinitus illuminatur de seditione peccati, & damno sibi imminente da monitionis aeternae iuxta latam legem, eo etiam ipso expietur sibi pariter dictari, quod ad peccatum remittendum, & poenam aeternam vitandam indiget expiari per penam tristitia, confessionis, & satisfactio nem, & deinde divino auxilio peccata sua vult expiare, & per illa media punire, scilicet per odium tristitiae, & doloris causativum, & per confessionem, & satisfactio nem, quare quilibet penitens pro fine intrinsecus, & obiectivo, ac motivo vindictam habet à qua movetur ad applicandas tristitia causas.

Ad ultimum dico, in virtute penitentiae plures actus esse distinguendos nam ex voluntione, seu efficaci intentione volendi penitere de peccato, vel illud vindicandi, sequitur volitio applicandi media ad penitendum, alioquin efficax volitio non esset penitendi, seu vindicandi peccati; & quia huiusmodi media sunt cogitatio peccati sub motivis odibilibus, & eius odium sub aliquo eorum, statim hoc actus imperat voluntas, quibus postis sequitur poena, & vindicta, scilicet tristitia, & aliae actiones poenae inferentes, ut confessio peccatorum, quae erubescencia parit, & satisfactio, quae laborem aliquem affert; hic enim est progressus propositi penitendi, & totus processus vindicandi in peccatore penitente requisitus ex lumine fidei, ut Brancatus advertit disp. 3. in fine; Quando ergo dicitur in argumento, actum primarium penitentiae non habere pro obiecto rationem vindicabilis, hoc verificatur tantum de actu primario imperato, quod assumitur, ut medium ad vindicandum, vel penam causandam, & hoc est odium, & detestatio, de qua fit sermo in argumento, hac enim media causatur poenae, statim tamen est de actu primario elicito, quod est velle vindicare, vel punire peccatum, nam obiectum talis actus est peccatum sub ratione vindicabilis.

40 Postremò contra nostrum modum dicendi urgetur potest, quod eo admissio nec in Christo Domino, nec in B. Virgine, nec in Beatis, & innocentibus virtus penitentiae reperiri potest, videtur autem absurdum, quod tali ac tanta virtute carere debeant; consequentia patet, quia nullum peccatum habent, quod sub ratione vindicabilis, & punibilis possit esse in ipsis obiectum talis virtutis; aliud ergo eius obiectum statui debet, & in illis quoque talis, ac tanta virtus locum habere possit.

Resp. in primis, hoc argumentum etiam alios dicendi modos urgere, nam etiam dicendo, obiectum formale penitentiae esse compensationem Deo faciendam, aut refactionem divini iuris lesi, aut reconciliationem, & pacificationem cum Deo, iuxta alios dicendi modos superius relatatos, adde sequitur, nec in Christo, nec in B. V. nec in innocentibus penitentiae virtutis locum habere posse, cum enim haec omnia quoque, supponant culpam, & offensam, non possunt absolute appetitum ab eo qui jam per culpam Deum offendit. In solutione huius difficultatis variant Theologi; aliqui enim absolute talem virtutem negant in Christo, B. V. & Beatis, quia impeccabiles sunt, cui autem impossibile est peccare, impossibile pariter est penitere, nam materia necessaria actus penitentiae debet esse peccatum commissum; & parum refert dicere quod B. Virgine, vel esse facta impeccabilis ab intrinsecis, sicut Christus, sed extrinseca protectione Dei, & gratia efficacis, qui in singularibus actibus praesentebatur, & similiter Beatos; parum refert, inquit, quia undecunque impeccabiles sunt, quoniam per habitum huius virtutis ad actum, qui eis redditus est, impossibile; ita Caspensis disp. 1. sect. 3. cum alii Recentioribus.

41 Alii contra tunc ut adhuc in Christo, B. Virgine, Beatis, & innocentibus virtutem penitentiae admittere possent, quia in eis inveniri potest hic actus, si peccarem, vel peccate possem, satisfacere vellem, quem actum contendunt esse verum penitentiae actum. Sed hoc impugnat Caspensis loc. cit. quia haec verba si peccarem, vellem satisfacere, non significant actum, qui de praesenti sit in voluntate; omnis enim actus praesens significatur verbo indicativo, V 2 volo

volens aut placere; optativus autem modus non significat actum presentem, sed futurum, & suspensum conditionis. dicere enim si peccarem, vellem satisfacere hunc habet sensum, si peccarem, haberem actum, quo eligerem satisfactionem. Sed salutariter hujus doctrine jam ostendimus *disp. 7. de Anima q. 5. art. 2. m. 102.* ubi contra Vasquez, & alios Recentiores docuimus cum Scoto, dari posse actum actum voluntatis elicitem, qui sit presentis, & adhuc sit conditionatus, in eo enim casu diceretur conditionatus, non quia conditio te teneat ex parte ipsius, quasi *ly vellem* significet non volitionem, quae sit de presentis in voluntate, sed quae esset ut peccarem Recentiores illi intellexerunt, sed ita ut conditio te teneat ex parte objecti, ubi explicamus, Melius ergo rejicitur ille dicendi modus, quia licet in Christo, & Beatis concedi possit simplex amoris affectus erga compensationem in genere, & simplex odium, & displicentia de peccato, quia circa etiam bonum impossibile potest dari simplex affectus amoris, & circa malum impossibile simplex affectus odii; hi tamen affectus vere non sunt actus specialis penitentiae, de qua hic est sermo, ut etiam notavit ipse Caspensis ibidem, quia difficultas specialis hujus virtutis praesertim posita est in efficacia intentione compensandi, & vindicandi peccatum, quae etiam est expressa Scoti doctrina *4. dist. 14. q. 1. c. 1. de secunda Conclusione*, ubi inquit, quod velle punire, quae est primus actus iustitiae vindicativae, esse velle imperativum, seu efficaciam conjugens causas proximas ipsius punitionis passivae; talis autem non est actus ille conditionatus, si peccarem, vel peccare possem, satisfacere vellem, quia circa impossibiles actus efficaciam amoris, vel odii dari non potest, ut constat ex dictis *disp. cit. de Anima*.

42 Alii proinde dicunt, in Christo, B. Virgine, Beatis, & innocentibus posse ad mitti virtutem penitentiae, quia etiam peccatum vindicabile, ut sic, sit ejus obiectum, tamen necesse non est, quod hoc peccatum sit proprium penitentis, sed etiam esse potest alienum, adeo quod peccatum vindicabile, ut sic, praesens est a proprio, & alieno est obiectum virtutis penitentiae. Ratio deducitur ex aliis virtutibus, quae in genere possunt necesse ad actum circa obiectum accessibile in habente, sed etiam in aliis; sic iustitia commutativa necesse inclinans habentem ad reddendum cuius; quod suum est, sed etiam inclinans ad volendum, ut omnes alii reddant aliis, quod suum est; iustitia vindicativa necesse inclinans ad volendum vindictam in aliis, sed etiam in se, si ad sit delictum, haec enim iustitia respicit delictum castitatis etiam non est sola iustitia commutativa, sicut obiectum castitatis etiam non est sola iustitia commutativa, sicut obiectum penitentiae etiam peccatum vindicabile ut sic, sive proprium, sive alienum, inaequatum verò erit peccatum vindicabile proprium, & in seipso; Quamvis ergo Christus proprium peccatum non haberet vindicandum, nec propodium cavendi a peccato, quia peccate non potuit, habuit tamen odium vindictae de peccatis alienis, & maxime de Adæ peccato, de quo penitentiam egit, ferendo tristitiam, & alias corporales penas de illo, tale autem odium, talisque vindicta peccatorum Adæ, & Iudaeorum, quae in Christo erant, habebant omne id, quod ad penitentiam requiritur, atque ideo vere fuerunt actus penitentiae; Potuit etiam B. Virgo toto tempore vitae velle vindictam peccatorum, & odio habere peccata hominum, & tristitia de illis; Possunt etiam Beati modo similes actus habere necesse respectu peccatorum alienorum, sed etiam propriorum praeteritorum, si innocentes in vita non fuerunt; nam peccata praeterita cogitantes adhuc ea detestari possunt, & odio habere; quod si non sequatur dolor, aut tristitia, id est per accidens ratione status beatifici, quia potest tristitia ab odio separari per subtractionem divini concursus ad eam non concurrentis, sed ad solum odium, hic enim actus sufficit ad penitentiam, ut notat Doct. *dist. 14. q. 1. s. d. m.* inquit, quod applicare sibi penam est tenere eam, illud potest intelligi, sive applicet, vel infligat penam in effectu, vel affectu, quia vindicans non minus vindicatur, et si quandoque; pena non sequatur propter defectum alicuius causae secundum d. m. tamen ipse aequè, & iustè intendat penam infligere; Hoc ergo modo in Christo, & B. Virgine, potuisse esse habitum penitentiae, ac etiam modo esse posse in Beatis, & innocentibus, plures Scoti sententiae defendunt, eo quia Scotus *2. dist. 14. q. 2.* in solutione ad 3. principalem problematicam docet in Beatis, & innocentibus admitti posse oblatum penitentiae, quae inclinans ad vindicandum peccata in alium reus, & etiam in se, si esset reus, & ita praesertim esse nostris *diffinitur Branc. disp. 4. 2. 3. & 4. Suar. Coninchius. Amicus, & alii.*

43 Verum hic quoque dicendi modus, quamvis valde probabilis, & a Scoto ipso innotuissimè difficultate non caret; quamvis enim Suarez *disp. 2. sect. 1.* Coninch. *disp. 1. d. 3.* & ex parte Lugus *dist. 13. sect. 2.* & alii quidam Recentiores concedant, ad peccata etiam aliena extendi penitentiam virtutem extendi posse, tamen dicunt, non posse extendi sui eodem nomine, imò communis opinio id absolute negat; Et quidem de peccatis alienis non posse esse actum penitentiae per modum retractionis, quia dicit quis, penitet, me id efficit, satis de peccato, quia hic actus non nisi ad facta propria referri potest; Et ex alia parte placet negari non potest, etiam de peccatis alienis posse haberi displicentiam, & tristitiam; posse etiam

haberi voluntatem, & desiderium illa delendi, procurando nimirum opportuna remedia, ut delanturque totum non solum ex motivis aliarum virtutum, sed etiam specialiter ex hoc, quatenus peccatum est offensivum, & iniuria Dei, & quatenus est vindicabile, & per penam expiabile, quod est formale motivum penitentiae specialis; Quamvis, inquam, haec omnia vera sint, adhuc tamen est difficultas, ut adverte Averſa *quaest. 2. de penit. sect. 7.* n. m. tale officium circa aliena peccata sit eiusdem virtutis penitentiae, quae in unoquoque; critica propria peccata verfat, sicut etiam difficultas est de aliis virtutum actibus, n. m. eiusdem virtutis sit velle casta, seu iusta opera in altero, ac in seipso, & sic de singulis virtutibus; Et quidem Averſa *loc. c.* & quidam alii in materia singularium virtutum asserunt, debere duas partes specie morali distingui, unam circa bonum honestum proprium, & alteram circa alienum; iuxta quem dicendi modum in re praesenti dici debet, alterius rationis esse proprium peccatum odium, & peccatum alienum, etiam si ex eodem motivo contingat dative offensivum, vel turpitudinis talis, vel talis peccati in propria materia: sicut est cetera virtutis rationis peccatum est, si quis sit causa, ut alter sit impeditus, ac si ipse sit impeditus in seipso; Ex quo sequitur, quod etiam si penitentiae virtutem admittamus in Christo, B. Virgine, Beatis, & innocentibus, non tamen erit eiusdem rationis cum ea virtute, quae est in nobis respectu propriorum peccatorum, & quia in hac re nihil certi dici potest, & Scotus in hac re est problematicus *loc. cit.* quod in Beatis, & innocentibus virtus penitentiae admitti potest, rem iudicam ergo quoque relinquo, ut quisque teneat, quod magis placet. An vero etiam in statu innocentis, si permansisset, fuisset haec virtus specialis penitentiae, jam disputavimus *lib. 2. seni. disp. 4. q. 3. art. 2.*

QUESTIO TERTIA.

Qua virtus sit Penitentia, & an infusa, vel acquisita.

44 Circa primam questionis partem varie sunt Auditorum sententiae iuxta varietatem opinandi de obiecto formalis penitentiae; Cajetanus *3. part. q. 5. art. 2.* & Coninch. *disp. 1. d. 14.* putat esse Religionem, cuius officium est reddere debitum cuique Deo in quoque genere, atque ideo reddere etiam debitam compensationem pro offensa, quod est minus penitentiae, ad Religionem pertinet; Alii non admittentes veram, & rigorosam iustitiam inter Deum, & creaturam dicunt, nec actum, nec habitum penitentiae pertinere ad iustitiam, sed reduci ad virtutem pacisita Cardini de Lugo *disp. 2. sect. 1.* Alii tandem communitate dicunt, penitentiam esse virtutem de genere iustitiae, esse quandam iustitiae partem; & habere rationem iustitiae erga Deum, qui adhuc inter se diffident; Durandum dicit esse veram iustitiam communitativam, quia ad illam pertinet dare unicuique, quod suum est, atque ideo ad illam quoque pertinet reddere Deo compensationem pro offensa. Gabriel cum aliis Nominalibus vult esse iustitiam distributivam, quia ad eam pertinet premiare merita, & punire delicta; quia ergo penitentiam penam disponit iuxta mensuram culpae, ideo ad iustitiam distributivam pertinet. Scotus tandem *4. dist. 14. q. 2.* cum diversos penitentiae actus consideret, scilicet vindicare peccatum, quod aliud non est, nisi efficax voluntas impetans media ad puniendum peccatum, detestationem, seu odium, quo causatur pena, & tristitia acceptionem penae jam inflata, & sufferentiam penae cuiuscunque pro peccato, non omnes ad eandem virtutem reducere videtur; sed penitentiam, quatenus dicit velle punire in seipso culpam, aut esse iustitiam vindicativam, vel punitivam, cuius proprium est de peccato vindictam sumere, alios vero actus ad alias reduci virtutes, ut supra visum est qu. 1.

Quoad aliam questionis partem, Thomistae cum D. Thoma *3. p. q. 8. art. 5.* passim affirmant, habitum penitentiae ex suo genere esse infusam, atque simul cum charitate infunditua Caietanus, Medina, Soto, Canus, Suarez, Vasquez, & alii Recentiores. Opposita sententia est Scoti *d. 14. q. 2.* in solutione ultimi principalis, & quae sequi affirmant, penitentiam habitum esse acquisitum ex pluribus actibus, & quod potest remanere informis in peccatore, sicut potest remanere aliae virtutes sine charitate, alia Scoti etiam omnes, & sequuntur quicunque non alias virtutes agnoscunt praeter Theologicas, & non alias Theologicas, nisi tres illas scilicet, spem, & Charitatem, hi omnes, inquam, negant, penitentiam esse virtutem infusam, idem etiam indicat D. Bon. *d. 17. p. 1. a. 2. q. 3.* in solutione ad ultimum, quatenus alii, virtutem penitentiae manere in peccatore, & esse informem, quod de virtutibus infusis praeter fidem, & spem non admittit.

ARTICULUS PRIMUS.

Examinatur, & resolvitur Quaestio quoad primam partem.

45 Pro resolutione questionis quo ad primam partem, recordandum est ex dictis *lib. 3. sent. disp. 6. & 7.* virtutem adaequate dividi in Theologicam, & moralem, illa est, cuius obiectum est Deus, haec vero, cuius obiectum sunt actiones humanae; virtus vero moralis dividitur rursus in virtutem ad se, & ad alterum; virtus ad se

dicitur, cuius obiectum sunt ipsae passiones operantis, ut fortitudo & Temperantia, quae versantur in moderandis passionibus ipsius operantis, illa quidem irascibilis, illa vero concupiscibilis; Virtus ad alterum est, cuius obiectum sunt actiones operantis, sunt alterius iuris adaequative, quia ratione omnis virtutis, quod ordinatur ad alium dicitur sub iustitia contineri; Tres autem sunt iustitiae conditiones, iustitiae aequalitas, compensationis aequalitas, & debitum compensandi; ex alio iure iustitiae, quae has tres conditiones perfectè participat, dicitur perfecta iustitia, quae vero imperfectè dicitur iustitia imperfecta, & potestativa, quia vel deficit à ratione debiti legalis, & rigorosi, ut liberalitas, & misericordia, vel à ratione aequalitatis ut pietas, & religio, Deo enim, & praetibus non possumus reddere aequale pro beneficio creationis, & generationis, Iustitia itaque perfecta, & proprie sumpta, quae illas tres habet conditiones, est specialis virtus, & una ex quatuor Cardinalibus, de qua tractavimus *disp. 7. cit. de Virtutibus moralibus q. 8.* dividitur tanquam in species, & partes subiectivas, in communicativam, & distributivam; haec quidem posita est in distribuendis honoribus pecuniis, praemiis, & penis inter eos, qui in civili societate versantur, illa vero tota in communicationibus, pactis, rebusque contrahendis consistit; haec rationem, & conditionem attendit personarum, illa ratiorem, & magis autem in praemiativè dividitur, quae pro meritis reddit praemia, & punitivè, sive vindicativam, quae pro debitis reddit penas; aptatur autem haec divisio utriusque iustitiae, illa namque est distributiva praemiativa, vel remunerativa, quae honores, & magistratus, & alia id genus beneficia pro cuiuscunque dignitate, & meritis distribuit; altera punitiva, quae similiter nocentes, ut ait, supplicia afficit; congruit etiam haec divisio commutativae, par ut inquit Doctor *4. dist. 14. q. 1.* commutativa proprie respicit punitionem, & praemiationem, ut scilicet, pro meritis quasi commutando reddatur praemia, & pro peccatis supplicia, ut ex insituto explicatum est *disp. 7. cit. q. 8. art. 2.*

Cum igitur ab initio huius Disputationis suppositum sit, Penitentiam non esse virtutem theologicam, sed moralem, & esse virtutem moralem ad alterum, non ad se, ut omnes Theologi communitate concedunt, quod hic quaeritur, an sit species iustitiae, vel ad iustitiam reducatur, ut fert communis opinio, non est sermo de iustitia communitate dicta, ut sub se comprehendat omnes virtutes ad alterum, sumpta nimirum in virtute habitante ad reddere se gerendum in ordine ad alios, in quo sensu opponitur Fortitudo, & Temperantia, quae hominem perscrutant in ordine ad se, & sic habet sub veritate, gratitudinem, amicitiam, & similes aliae virtutes alterum respicientes. Non inquam, in hoc sensu sermo est de iustitia, sed de iustitia propria dicta, quae tres illas habet conditiones, & est una ex quatuor Cardinalibus, cuius numerus est constitutus aequalitate inter aliquos secundum debiti rationem, licet sumpti; Et tunc est *q. 1. art. 1.* ex Scoto *d. 14. q. 1.* R. scilicet vindicare communitatem, detestari communitatem, acceptè remanere infusam, & patienter ferre penam inflatam, quando quaeritur hic, quia virtus non est, nisi efficax voluntas impetans media ad puniendum peccatum, detestationem, seu odium, quo causatur pena, & tristitia acceptionem penae jam inflata, & sufferentiam penae cuiuscunque pro peccato, non omnes ad eandem virtutem reducere videtur; sed penitentiam, quatenus dicit velle punire in seipso culpam, aut esse iustitiam vindicativam, vel punitivam, cuius proprium est de peccato vindictam sumere, alios vero actus ad alias reduci virtutes, ut supra visum est qu. 1.

46 Primo dicendum est, Penitentiam non esse Religionem, nec cum virtute Religionis coincidere. Haec assertio est contra primam opinionem, & probatur, quia Religio exhibet Deo debitum cultum, & reverentiam, non ex quoquoque; motivo, sed ex eo solum, quia Deus est primum principium creationis, & gubernationis rerum omnium; hinc enim passim Theologi probant, Religionem esse unam virtutem ab aliis distinctam, quia reddit Deo cultum sub hac tamen ratione, nempe tanquam supremo rerum omnium Creatori, & gubernatori; Cum ergo penitentia Deum non respiciat sub hac ratione, sed quatenus per peccatum offensus est, & per detestationem huius placari potest, dicendum, diversas esse virtutes, & unam cum illa non coincidere. Confirmatur, quia ex communi omnium consensu diversum est profus peccatum impenitentiae, ut est contra penitentiam specialem, ab aliis peccatis Religionis oppositis, ut idololatriam, blasphemiam, perjurium, & similibus, ergo est contra actus quoque; penitentiae sunt moraliter divisi ab aliis Religionis actibus.

Sed Dices cum Cajetano, opera penitentiae sita sunt in quodam cultu divine excellentiae, & maiestatis, Religionis autem munus est divinum excellentiam, nostramque subiectionem praesertim, quod quidem fit confessione peccatorum subiectione ad Deum, & operibus satisfactoriis; & sicut Deo offerimus sacrificium, & exhibemus cultum pro beneficiis acceptis, sic etiam sacrificamus remunerationem peccatorum, & ad obtinendam veniam, ergo actus penitentiae cultus Religionis est.

Confirmatur, Religionis officium est, ut homo subdat se Deo, & reddat illi debitum, sed penitentia ipsa subiecit, & humiliat hominem Deo, redditque Deo debitum, & perinde se habet, videtur reddere

debitum Deo, tanquam benefactori, atque tanquam offenso; etiam non oportet penitentiam à Religione distinguere.

47 Resp. negando, opera penitentiae continere subiectionem Deo exhibitam eo speciali cultu, & reverentia, quae Religionis est propria, nam operibus penitentiae generalis quidam ratio colitur Deus, sicut dicitur etiam colit omni virtutis actu, & quod omnia opera nostra bona divine voluntati conformantur, & in gloriam Dei redundant. Et quamvis voluntas sit, quod sicut Deo offerimus sacrificium, & cultum exhibemus pro beneficiis acceptis, sic etiam sacrificamus ad impetrandam peccatorum veniam; hinc tamen non bene deducitur, affectum penitentiae esse actum Religionis, sed solum sequitur actum sacrificii, quo perimus à Deo spiritu correctionis ad obtinendam peccatorum veniam, ad Religionem pertinere, & huiusmodi religionis actum in tali casu à virtute penitentiae imperari, quod utique verum est, sed non destruit actuum distinctionem.

Ad Conf. verum est, tam Religionem, quam penitentiam subiicere, & humiliare hominem Deo, sed hoc faciunt ex diversis motivis, quod sufficit, ut sine distincte virtutes, & planè negari non potest, esse profus moraliter diversum obsequium, quod exhibetur per illos actus, qui committere Religioni tribuuntur, ut potè adorare, sacrificare, orare, gratias agere, ac illud, quod per penitentiam exhibetur, scilicet recompeniare divinam injuriam, & satisfacere Deo offenso, qui sunt Actus penitentiae; & quamvis etiam in quibusdam actibus materialiter convenire possint, adhuc eorum non elicitur ex eodem motivo, quo pacto etiam supra discurrebamus de virtute patientiae, & penitentiae *q. 1. art. 2.*

48 Secundo dicendum est, penitentiam non esse virtutem amicitiae, & pacis, neque ad eam reduci. Haec assertio est contra secundam sententiam, quae dicebat, eo quod penitentia respicit peccatum in ratione offensae, eius finem esse reconciliationem cum Deo, qui est finis amicitiae; est autem expressa Scoti *dist. 14. q. 2. lit. D. vers. ulterior inquisitio*, & ita probatur ex ejus doctrina ibidem, quia finis proximus vindictae, quam interdum exercet amicitia, est correctio, & finis ultimus est diligibilitas amantem, unde correctio possit alia via haberi per amicitiam sine pena, lex amicitiae, quae bonum correcti intendit, praescribit non esse puniendum, nec ullum ei inferri detrimentum, sed vindicta de peccato, quam penitentia requirit, talem correctionem non praetendit, vel diligibilitatem pro sine per se, & intrinsicè; ergo vindicta peccatoris non est actus amicitiae, vel pacis; Major patet, probatur minor, quia maximum discrimen veritatis inter vindictam, & correctionem, ut inquit Doct. quia iustitia vindicativa, qualis est penitentia, vel habitus voluntatem inclinans ad aliquod peccatum vindicandum, secundum quod lex praescribit, adeo ut talis iustitia semper respiciat correctioem penae ad culpam fecundum legem, sive concomitetur correctio punis, sive non, interdum enim vindicta fit per necem ter, & interdum per exilium, in quibus casibus non praetendit correctio, ergo per accidens est, si concurat reconciliatio; amicitia autem respicit correctionem, qui est finis extraneus iustitiae vindicativae, cuius est intendere satisfactionem per penam debitam, & legis conservationem.

Sed dices, amicitia inclinans ad reconciliandum amicum, sed per vindictam, quae quae puni suam scelus, ut Dei commissarius, reconciliatur ipsi Deo, ergo penitentia vindicativa est actus amicitiae, Confirmatur, quia corrigere amicum, ut sic correctus fit dignus amari, non est nisi actus amicitiae, sed vindicare peccatum est corrigere amicum, ut sic correctus fiat dignus amari, ergo talis vindicandi actus erit virtutis amicitiae; Minor probatur, quia si reus adeo acriter puniatur, ut ulciscens fatietur, potius erit crudelitas, quam virtus iustitiae; igitur iusta, & regularis vindictio non potest esse propter aliam finem, quam propter emendationem, & correctionem rei.

Resp. Doctor sub lit. F. quod quamvis peccator per penitentiam Deo reconcilietur, ipsa tamen penitentia vindicativa non est principaliter ad hanc reconciliationem ordinata, sed potius ad commutationem culpae in penam, seu ad iustam correspondentiam, quam exigit lex inter culpam & penam.

Ad Confirmationem negat minorem, quia vindicare non est principaliter propter correctionem punire, licet quandoque illa correctio sequatur, sed est per se, ut ordinetur culpa per penam, ut observetur lex punitiva, in quam transgredium est, ad probationem minoris inquit, nullam ob id incurri crudelitatis notam, quia finis ipsius vindictae, etiam quando reus interficitur, removere lege punitiva omnem crudelitatis umbram, eo quod finis talis necis, & punitionis est bonum commune, & legis observatio, nec ultio peccati est, ut puniens fatietur, sed gratia ipsius legis punitivae, quae praecipit talem exerceri punitionem; unde finis proximus est legis adimpletio; finis remotior est bonum commune, & tandem ultimus finis est ipse Deus.

49 Tercio dicendum est, penitentiam esse quandam iustitiam erga Deum, ideoque ad iustitiam reduci debere, ut est una, & particularis virtus ex Cardinalibus, est Scoti *quaest. 2. cit. dist. 14. & probatur potest ex sacra Scriptura Baruch. 2. Anima, quae tristis est super magnitudine malae, da tibi gloriam & iustitiam Domini.* Deinde